et nō mente · Occurramꝰ em̄ ei cū aīma ⁊ cū om̄ib̄ potētijs eiꝰ · scz
cum volūtate vt vera bona velimꝰ et desideremꝰ · bonis fallacib̄ ab
dicatis · cū memoria vt beneficia dei recordemur · q̄ magna sunt · in-
iurijs om̄ib̄ obliuione traditis · cū intellectu vt volūtatē dei cogno
scere studeamꝰ · scientia mūdi q̄ inflat et ē terrena aīmalis ⁊ dyabo-
lica vt dicit̄ iac̄ · iij · penitꝰ eneruata · cum corde vt passiōz xp̄i cogite
mꝰ · et mortē nostrā · ⁊ penas inferni · et gloriā paradisi · alijs inutilib̄
resecatis · Quia scriptū est mich̄ · ij · Ve q̄ cogitatis inutile Sap̄ · j · Spi
ritussanctꝰ disciplinę effugiet fictū et aufert se a cogitatōib̄ q̄ sunt
sine intellectu · Et breuit̄ cuz om̄ib̄ · et visu · ⁊ auditu · ⁊ tactu debemꝰ
ei occurrere · vt fiat in eius aduentu vniuersalis ꝯmotio in nobis ·
Math̄ · xxj · Cuz intrasset ih̄us hr̄limā ꝯmota ē vniuersa ciuitas · Vi
demꝰ em̄ q̄ qn̄ aliq̄s terrenꝰ rex venit ad ciuitatē vniuersa ciuitas
ꝯmouetur ¶ Secūdo vt vestimēta nostra · id est bona tp̄alia q̄ per
vestim̄ta signant̄ · eius pedib̄ · i · paupib̄ largiamur · Sic em̄ vestis
nec caput operit nec pedes · sic nec bona tp̄alia · Iob · j · Nudus egres
sus suz de vtero matris mee ⁊ nudꝰ re · il · Quidā frequēter p̄sternūt
se ad pedes xp̄i s̄ nō sua bona · Cōtra quos dicit̄ deut̄ · xvj · Non ap
parebit ante dn̄m vacuus s̄ offeret vnusquisq̄ sm̄ qd̄ habuit iuxta

SERMO XLIII

benedictōem dñi dei sui quā dederit ei ¶ Tercio vt p̄cidam⁹ ramos
de arboribꝫ·id ē·accipiam⁹ exempla vite a sanctis patribꝫ q̄ magne
arbores in dei eccl̄ia extiterūt·Precidamus g̊ramū obedientie ab
abraam vt deo sim⁹ obedire pati·Ramū mansuetudīs ⁊ pietatis a
dauid q̄ inimicū suū saul cū posset occidere recusauit·Ramū purita
tis et humilitatis a beata virgine q̄ cum in summo exaltata fuisset
ait luc̄·j·Ecce ancilla dñi·Ramū iusticie a iohāne baptista q̄ iustus et
sanct⁹ fuit·Ramū fidei a petro q̄ fidei petra extitit sup quaꝫ ecclesia
est fundata·Ramū caritatis a iohāne euāgelista q̄ discipul⁹ amoris
quē diligebat iesus vbiqꝫ noīatur·Ramū penitentie et ꝯuersionis
a paulo·q̄ ex p̄secutore vas electōis est effect⁹ et ex lupo seuissimo
agnus māsuet⁹ Et similit̄ a magdalena q̄ tot de se fecit olocausta v̄
tutum quot habuerat vicia et peccata·Et sic faciam⁹ ab om̄ibꝫ san:
ctis·Et attende q̄ isti p̄cidebāt ramos arboꝝ fructiferaꝝ scꝫ oliua
rum et palmaꝝ·Quidā p̄cidūt solū ramos spinaꝝ accipientes exem
pla a malis ⁊ nō a bonis scꝫ a dissolutōne magdalene ⁊ nō a penitē
tia ei⁹·Portem⁹ em̄ hodie veracit̄ oliuā et palmā manibꝫ ne ficulnee
sterili similes maledictōꝫ incurram⁹ vt dictū est ¶ Quarto vt om
nē salute et in p̄nti ⁊ in futuro ⁊ aīme et corpis a xp̄o filio dauid pe
tam⁹·et in ip̄o solo sperem⁹·om̄ibꝫ alijs falsis p̄sidijs abdicatis·que
nō ꝓficiunt sꝫ deficiūt ad salutē·Hiere·xvij·Maledict⁹ vir q̄ ꝯfi·in
ho·et po·car·pra·suū·Benedict⁹ vir q̄ con·in do·et erit dñs fiducia
eius·Et sic patꝫ totū de euangelio·

¶ De epistola sermo· XLIIII

Hoc em̄ sentite in vobis qd̄ et in xp̄o iesu·Phil̄·ij·Quāuis
ordo noster solū hanc epl̄am hodie legat·q̄ huīlitati dñice
passionis q̄ in passione recitat̄·rñdet·tñ romana eccl̄ia mat̄
oīm et magr̄a nō solū hanc epl̄am legit q̄ cū passione chri:
sti ꝯcordat sꝫ legit etiā quandā lectōꝫ veteris testamēti quo filij isra
el post transitū maris rubri venerūt in helym·vbi erant duodecim
fontes aquaꝝ ⁊ septuaginta palme q̄ hodierne iocūde ꝓcessioni cō:
uenit ⁊ ip̄aꝫ qd̄amn ō repñtat·quā relinquētes ad p̄ns·solū humili
tati q̄ ꝯtinet̄ in epl̄a intēdam⁹·Qꝛ vt dicitur eccs̄·vij·Meli⁹ ē ire ad
domū luct⁹ q̄ꝫ ad domū ꝯuiuij·In illa em̄ finis cunctoꝝ admo·ho·
et vi·co·q̄d fu·sit·In qua q̄dez epl̄a q̄ttuor ꝯtinent̄·Primo em̄ apo
stol⁹ exemplo xp̄i ad humilitatis vestigia suā ponit exhortatōez·In
principio epl̄e·Secūdo ip̄aꝫ xp̄i humilitatē enarrat quantū ad hu:

manitatis susceptōz ibi. Qui cum in forma dei esset nō rap. ar. est es-
se eq̄. deo. Tercio ip̄az narrat et recitat q̄ztū ad mortis crucis tolera
tōez ibi. Huiliauit semetip̄z fact. ob e. vsqz ad mor. Quarto vt sorti⁹
ad huilitatē aimemur subiūgit huilitatis christi premiū et exaltati
onem ibi. Propt̄ qd̄ de. ex. il. ¶ Primo enim apl̄us exēplo xp̄i ad
huilitatis vestigia suā ponit exhortatōz d. Hoc eī sen. in v. id ē. expi
mento cognoscite. qd̄ et in xp̄o iesu sup̄. fuit vt p expientiā huilita
tis christ⁹ cognoscat̄ esse in vobis. j. mach. x. dicit̄ q alexāder misit io
nathe purpurā et coronā dicēs. Que nr̄a sūt sentias nobiscū et ꝯser-
ues amiciciā ad nos. Alexāder interp̄tat̄ alleuiās tenebras vel aufe
rēs angustias tenebraꝝ ⁊ signat christū. q̄ tenebras nr̄as multū il-
luminauit et p ꝯsequēs alleuiauit. Ionathas interp̄tat̄ donū colum
be. ⁊ sig̃t eū q̄ dono et grā spūssancti q̄ p colūbā designat̄ est iustifi
cat⁹. j. coꝝ. xv. Grā dei fuz id qd̄ sum. Huic mittit dn̄s purpurā pas
sionū et tribulationū. et coronā premioꝝ vt simul cū christo sentiat.
nec sentiet s̄m. s. coronā p̄mioꝝ. nisi senserit p̄mū scz purpurā passio
nū et tribulationum. ij. coꝝ. j. Sic̄ passionū socij estis. sic eritis et ꝯso
latōnis. Ideo filij zebedei in petitōne sua repulsi sunt. qꝛ volebāt cū
christo regnare. s̄z nō cuz eo crucifigi Math. ij. Nescitis q̄d petatis.
Et sic pz primū ¶ Secūdo ip̄az christi humilitatē narrat quātū ad
hūanitatis susceptōz d. Sic se huiliauit xp̄us. q̄ cū in for. dei es. id ē. i
plena essentia patris ⁊ eq̄litate. ⁊ hoc secūdum deitatez. Ioh. x. Ego
et pater vnū sum⁹. Nō rapinā. id est. p rapinā ar. ē se es. eq̄. deo pa-
tri s̄m hūanitatē diuinū honorē ambiēdo. qꝛ esset rapina dū rape-
ret qd̄ suū nō erat. Sic̄ dyabol⁹ voluit deitatē rape. Esa. xiiij. Simil̄
ero altissimo. Et sil̄r primis pentib⁹ suggessit vt deitatē rapent Gen̄
iij. Eritis sic̄ dij sciē. bo. et ma. Imo sp s̄m illā naturā dicebat se mio-
rem patre. Io. xiiij. Pater maior est me. Alio mō legit̄ vt totū hoc
ad deitatē referat̄ ad demonstrāduz q vera deitas in xp̄o fuit. ⁊ cō
sequēter p h̄ ostendit̄ q summe se humiliauit. Et iō excellentiaz xp̄i
demonstrat vt magis huilitas ei⁹ clarescat. qꝛ magna huilitas i ma
gna excellētia demōstrat̄. ⁊ h̄ videt̄ esse mens apl̄i. Dicit g̊. Qui cū
in forma dei es. id ē in eadē essentia. scia. potētia ⁊ virtute. arbitrat⁹
est esse se equalē deo patri. vero iudicō rōnis. nō rapinā. id ē. nō faci
ens in hoc rapinā. qꝛ nō vsurpauit qd̄ suū nō erat vt dyabol⁹ fecit
et primi parentes. Sic christus non vsurpauit equalitatem dei. qꝛ
vere et per omnia deo patri secundum naturam equalis erat. et iō
non erat illi rapina cum natura esset equalis vt dicit augustinus.
Et ideo noluit rapere qd̄ non erat ascendendo sed voluit assumere
quod nō erat descēdendo ⁊ se humiliādo Et hoc ē. s̄z semetip̄z exina-

Et quo non substantiā euacuās nō formā dei mutans sz formā serui
accipiens. Vn̄ forma serui accessit et nō forma dei decessit. Semetip
sum exinaniuit i. creature seipz vniuit et creaturā sibi q̄ de se ianis ē
qz de nihilo facta ē. Et p hunc modū dicit deus exinanitus sic ⁊ egenus
factus ij. cor. viij. Propt nos egenus factus ē cū essz diues oim. Seqt
In silitudinē hoim factus scz passibilis et mortalis. Nō em assumpsit
hoiem imortalē sz mortalē. Per h g q hō factus est ⁊ in silitudinem
hoim seipm exinaniuit. Ipe est g factor et factus. Seqtur. Et habitu
inuentus vt hō. i. ꝯuersatōe inuentus est vt alij hoies. qz ꝯmedit bibit
iacuit ambulauit et cetera talia fecit. Baruch. iij. Post h in tris vi
sus est et cū hominibz ꝯuersatus est. Et sic hūana natura fuit ei sic indu
mentū. iuxta illd esa. lxiij. Quare g rubrū est indumentū t. et vest. t. si
cut cal. in tor. Qz indumētū aduenies homini in nullo mutat hoiez
nec etiā indumētū sm sbam mutat. sz aliū habitū hz extra hominez
q̄z ꝯiunctū et indutū homini. Sic hūana nata aduenies deo et deus
ipaz induēs in nullo est mutatus. neqz ipa nata sm sbam ē mutata a
filio dei assumpta. qz in silitudinē hominū factus est. alias nō fuisset
silis alijs hominibz. nec in eadē specie cū eis. Sz ipa nata hūana assū
pta a filio dei et in ipo filio dei aliū habitū assumpsit q̄z an̄ habuit. qz
in ipo immunis a pctō fuit. et tota pura et dotota magna excelle
tia grāz et sm aiam btā. Anima em xpi ꝯiuncta vbo dei sp beata
erat. Et h est qd dicit. Et habita inuentus vt hō. Et attende h q hūa
na natura nō est ꝯiuncta filio dei accn̄talit sic vestimentū homini
vt q̄daz dixerūt et male. sz sbaliter sic hūana natura inest substātialit
alijs hominibz. Vn̄ hō p̄dicatus de deo vt deus est hō. p̄dicat q̄d et nō
solū quo se habēs. Vn̄ q̄zuis deitas venerat ad nos vestita et calcia
ta hūanitate. tn̄ substātialiter et n̄ accn̄taliter ipaz assumpsit. Et sic pz
scdm ¶ Tercio ipaz xpi humilitatē narrat quantū ad mortis crucis
tolerantiā d. Nō solū xpus se humiliauit vt fieret hō. sz etiā humilia
uit semetipz factus obediēs vsqz ad mortez patri. Ioh. vj. Descendi
de celo nō vt fa. vo. m. sz vo. e. q̄ mi. m. patris. Et vsqz ad quā mortez
Certe vsqz ad mortē crucis q̄ vilissima et abominabil erat. Hiere. xj
Mittamus lignū in panez eius. i. in carnez Sap. ij. Morte turpissima
ꝯdem. e. Et nota q h non solū attestat xpi magne hūilitati sz christi
magne caritati. Ro. v Cōmēdat suaz caritatez deus in nobis. qm̄ cuz
inimici essemus recō. s. deo p mor. fi. e. Et sic patz terciū ¶ Quarto ut
fortius ad humilitatē animemur. subiūgit humilitatis xpi premiū
et exaltatōz d. Propt qd id ē qz tantuz se humiliauit ⁊ nascendo et
moriēdo. ⁊ deus pr̄ exaltauit illū in resurrectōe dādo illi imortalita
tē ⁊ ipassibilitatē. claritatē ⁊ agilitatē. ps. De tor. in via bi. ap. ex. ca

Hūilitas g̊ claritatis ē meritū·claritas humilitatis ē p̄mum·Aug̊·
Quid g̊ et quātū hūilitas mereat̄·hic ondit·vt magis hāc appetere:
m⁹ calcata iactātia Et h̄ totū factū est in forma serui· In forma em̄
dei semp fuit et semp erit claritas Exaltauit g̊ illū s̄m hūanā naturaz
q̄ gloriosior facta ē in resurrectōe· In q̄ etiā diuina nat̄a p̄t dici exal
tata s̄m ostēsionē q̄ tūc cepit sciri q̄ erat·sic̄ in assumptōe infirmita
tis dicit̄ ex inanita q̄ nō apparuit qd̄ erat· Et nō solū exaltauit illū in
se sed etiā q̄ntū ad alias creaturas Et hoc ē·et dedit illi nomē qd̄ est
sup om̄e nomē i·noticiā existentē sup om̄e nomē·q̄ vocatus ē de⁹·
et hoc maxime q̄ntū ad noticiā fidei·q̄ tūc notū est ip̄m esse verū de
um·et ver̄ esse filiū dei·qd̄ nulli angelo vnq̄z ꝯcessum ē vt in eū cre
dat̄ sicut in deū·Eph̄·j· Cōstituens eū ad dexterā suā in celestib⁹ sup
omnē p̄ncipatū et potestate et virtutē ⁊ dn̄atōem·et omne nomen
qd̄ noiatur nō solū in hoc seculo·s̄z etiā in futuro·Act·iiij· Neq̄z em̄
nomē aliud ē sub celo datū hominib⁹ in quo opteat nos saluos fieri·
Apoc̄·v· Dign⁹ est agnus q̄ occisus ē acci·v̄tu· et diuinitatē et sapiē
tiā et fortitudi·Et h̄ totū intelligēdū ē q̄ntū ad ꝯgnitōz hoim·Hoc
etei nomē et an̄ resurrectōez habuit·s̄z p⁹ resurrectōez in euidēti po
situ ē qd̄ p̄us erat absconditū vt scirent hoies et demones·Tūc aūt
dicitur res fieri qn̄ innotescit·Qd̄ ergo a ꝯceptōne accepat dicitur ei
donatū p⁹ resurrectōem ꝓpter manifestatōez· Tale g̊ nomē dedit ei
vt in noie iesu qd̄ ē nome pietatis ⁊ misericordie et salutis omne ge
nu flectatur reuerentiā exhibendo·celestiū·i·angelor̄·terrestriuz·i·
hoim·et infernor̄·i·demonū· De p̄mo apoc̄·vij· Et oēs angeli sta:
bant in circuitu throni et senior̄ et q̄ttuor aīaliū et ceciderūt in con
spectu throni in facies suas· De secundo dan̄·vij· Oes ꝓpl̄i trib⁹ et
lingue seruient ei· De tercō mar·iij· Et spūs immūdi cū illum vide
bant ꝓcidebant ei et clamabant dicētes· Tu es fil⁹ dei· Et oīs lingua
tā bonor̄ q̄z malor̄ ꝯfiteat̄ voluntarie vel inuite·q̄ dn̄s iesus chri
stus in gloria ē dei patris·i·sedet ad dexterā et manet in potōribus
bonis patris·Apoc̄·iij· Ego vici ⁊ sedi cū patre meo· Et h̄ s̄m qd̄ hō
Nā s̄m qd̄ deus sedet in gloria dei patris·i·eiusdē oīno glorie ē cū
deo patre· Et nota q̄ p̄mū p̄miuz·i·exaltatō in claritate et imortalita
te datuz ē ei in resurrectōne· Scd̄m vero et terciuz scz noticia et reue
rētia in ascēsione· Et sic ptz q̄rtuz ¶ Sicut euidēter apparet·apl̄us in
tota hac epl̄a ad humilitatez nos inducē conat̄·et q̄ vt dicit ph̄us s̄
mōes accipiēdi sunt s̄m materiā·ideo de hūilitate p̄dicem⁹· Circa q̄z
ta vidam⁹·s·vn̄ causet̄·q̄z sit magna v̄t⁹·⁊ q̄d hēat opari ¶ Primo g̊
vidam⁹ vn̄ hūilitas in hoie causet̄ Causat̄ āt in hoie ex hominis ꝯsi
deratōne ad p̄fectōnem dei relati Si quis em̄ cōsiderat se et sua·et

ꝯsiderat maiestatē ⁊ ꝑfectōem diuinā statim hūiliat Mich. vj. Hu
miliatō tua in medio tui. i. infra te Est em̄ hūilitas ſm aug. quidam
T intuitus ꝓprie ꝯdicōnis relatus in deū ¶ Debet aūt homo q̄ vult
se hūiliare q̄ttuor ꝯsiderare scz ortū suū. ꝯdicōem nature sue. variū
euentū fortune sue. et exitum suū ¶ Primo debet ꝯsiderare ortū su
um. q̄ ex luto fetido est formatus Gen. ij. Formauit deꝰ hoīem de
limo terre Iob. xvij. Putredi. dix. pat̄ m. es et mat̄ m. et soror mea v.
Sic ꝯsiderabat abraā d. gen. xviij. Loquar ad dn̄m me. cū sim pul. ⁊
ci. Exemplū pauonis qui dū pedes respicit hūiliat̄ Voluit dn̄s po
nere ventrē ante oculos vt hō semꝑ posset videre materiā sue hūi
litatis Bern. Quid suꝑbis saccus stercoꝝ et cibꝰ vermiū Idem Me
mēto vnde veneris et erubesce. vbi es et ingemisce. quo vadis ⁊ cō
tremisce Peccatores aūt ex ortu suo suꝑbiunt dicentes se ex nobili
ꝓsapia ortos Osee. ix. c. Gloria eoꝝ a ꝑtu et ab vtero ⁊ a ꝯceptu ¶
Secūdo debet ꝯsiderare sue nature ꝯdicōem q̄ apparet q̄ntū ad mlt
ta misera et depssa Nam hō ſm corpus infinitis infirmitatibꝰ et pe
nalitatibꝰ est subiectꝰ Esa. j. A planta pe. vs. ad v. ca. non est in eo sa.
Mendicat etiā totā vitā suam ab alijs creaturis ac ornatū Natura
em̄ melius ꝓuidit alijs aīalibꝰ q̄z homini Secundū aīam vero mul
te subiacet ignorātie q̄ ſm phm aīa quādo infundit̄ corpi est sicut
tabula rasa in qua nihil est scriptū Acquirit aūt scientiam ꝑ exerciti
um et disciplinā. et tn̄ quātūcunq̄ quis studeat ad ꝑfectū sciētie per
uenire nō potest nec ad ꝑfectā ꝯgnitōem nō solum creaturaꝝ sed
nec vnius creature Quis cognoscit aīam vel angelū quis ꝯgnoscit
virtutē stellaꝝ et herbaꝝ et lapidū et aīalium Legit̄ de quodaꝫ pho
q̄ ad ꝯgnoscendū naturā apis. xxx. annis in deserto stetit Eccs. vij.
Dixi sapiens efficiar. et ipa lōgius recessit a me Et q̄d plura Seipm
et naturā suam hō ignorat et medicus qui alios curat seipm nescit
sanare Bern. Multi multa sciunt et seipos nesciunt Apoc. iij. Nescis
q̄ tu es miser et miserabilis et cecus et pauꝑ et nudus Nec etiam
pōt homo scire finem suū ⁊ quando et quō et vbi debeat mori Eccs.
ix. Nescit hō finē suum. Quāta ē etiā hoīs ignorātia circa ꝓpriā salu
tē. Oēs eī secte credunt in sua fide saluari ⁊ vna secta ꝯdenat aliaꝫ
Nec etiā q̄tn̄cunq̄ iustꝰ ⁊ sanctꝰ certꝰ ē an sit in statu grē ⁊ in amore
dei. Eccs. ix. Sunt iusti atq̄ sapiētes ⁊ opa eoꝝ in manu dei ⁊ tamē
nescit hō vtrum amore an odio dignꝰ sit Apl̄us qui tantꝰ erat dic. j.
coꝝ. iiij. Nihil mihi ꝯscius sum ſ nō in h̄ iustificatus sum Itē quan
tū ad vtrūq̄ scz tā corpus q̄z aīam homo multe mutabilitati ⁊ varie
tati subiectꝰ est Nā mō est sanꝰ et statim infirmus mō iuuenis ⁊ sta
tim senex. mō letꝰ ⁊ statim tristis mō viuꝰ ⁊ statim mortuꝰ Iob. xiiij.

Nunq̄z in eodē statu ꝑmanet·ij·Re·xiiij·Om̄es morimur et q̄si aq̄
dilabimur i terrā· ¶Tercō dēt homo ꝯsiderare variū euentū fortu
ne·que q̄z sit ꝑiculosa et anxietate plena boe·in li·ij·de ꝯsolatōe ꝓ
fa·ij·ostendit·d·Hūc ꝯtinuū ludimus ludū · rotā volubili orbe ver
samus infima summis et summa infimis mutare gaudemus· Vnde
dn̄a que ducit rotā fortune·pingitur ceca·q̄z de nullo curat nec p̄ces
alicuius audit vel fletus vt dicit boetius· De h̄ satis dictū est i p̄n
cipio p̄cedentis sermonis de euāgelio· ¶Quarto debet hō ꝯsidera
re exitū suū et mortē· Nullus est em̄ q̄ nō humiliet̄ si ꝯsideret quō
exiet de mūdo· et quō corpus suū putrescet et a v̄mib⁹ lacerabitur
et quō ꝑdet oīa·et ab oīb⁹ derelinq̄tur ⁊ recōdetur sub terra vt res
fetida et deformis·Hiere·xxij· Sepultura asini sepeliet̄ putrefactus
et ꝓiectus extra portas hr̄lm· Om̄e animal hēt aliquā vtilitatez in
morte·p̄ter hominē· Hec g̊ si hō ꝯsideraret maxime hūiliaret̄· Et sic
ptz p̄mū· ¶Secūdo videamus quō hūilitas est magna v̄tus·cuius
magnitudo atz ꝑfectio ex q̄ttuor declarat̄· scz ex sui ꝯmunitate· ex
sui electōne·ex sui ꝯmendatōe et ex sui opatōne· ¶Primo eius ꝑ
fectio apparet ex sui ꝯmunitate ·q̄z om̄is res tanto melior ē quāto
se magis ꝯmunicat·q̄z s̄m dyonisiū bonū est suiꝑius ꝯmunicatm̄·
Vnde inter corꝑalia lux est nobilior· ⁊ ideo magis se diffundit q̄z su
ꝑiora et inferiora illūinat· Et deus est optimū et ꝑfectū bonū et su
ꝑ oīa se cōmunicat et suā bonitatē diffundit·q̄z oīa ꝑ ip̄m facta sunt
Ioh·j·Aug· Deus est vbiq̄z· Psal· Nec est q̄ se abscon·a·ca·e· Humi
litas vero et caritas magis se diffundūt q̄z aliqua v̄tus·et ideo ꝑfe
ctōres alijs sunt q̄z in creatore et creaturis in angelis et in homib⁹
in celo et in terra inueniūt̄· Psal· Humilia respicit in celo et in terra
Et q̄z oīs creatura p̄ter dyabolū et peccatorē hūilitatē suo mō cōser
uat in eo scz q̄ suo creatori ad nutū obedit· Baruch·iij· Stelle voca
te sunt et dixerūt assumus ⁊ luxerūt cū iocūditate ei qui fecit illas·
Psal· Ignis grādo nix glacies spūs ꝓcellaꝝ q̄ faciunt v̄·eius· Simi
liter omnis creatura caritatē ostendit in eo scz q̄ bonū suū cōmuni
cat hoī Solus auarus abscōdit bona dn̄i sui·et ideo merito auferen
tur ab eo· Luc·xix· Ecce mna tua quā habui repositā in sudario· Et se
q̄t̄· Auferte ab eo mnā· Alie aūt v̄tutes p̄ter has duas nō iueniunt̄
in celo neq̄z in beatis scz fides·spes·prudētia·iusticia· tꝑantia ·fortitu
do·secundū actus quos hic habent· ¶Secundo apparet eius boni
tas ex eius electōne· Nam omnes perfecti viri eam pre omnibus
elegerunt· Nam patres veteris testamēti et noui humilitatē totis
viribꝫ sunt amplexati vt abraā·moyses ·dauid·et ceteri· De abraam
gen̄·xviij· Loquar ad dominuz m· cū sim pul·et ci· De moyse heb·xi·

Fide moyses grandis effectꝰ negauit se filiū filie pharaonis magis
eligens affligi ꝑ ꝑplo dei q̄z tpalis peccati habere iocūdita tē maio
res diuitias estimās thesauro egiptioꝝ impiū xpi. Potiꝰ em̄ ele
git ꝯtemni et oues custodire q̄z esse magnꝰ baro in curia pharao
nis De dauid ij. re. xxiij. Dauid sedens in cathedra sapientissimus
princeps int̄ tres. ipe est q̄si tenerrimꝰ ligni vermiculꝰ. Similit̄ om̄s
scti noui testam̄ti humilitati fortissime inheserūt scz beata maria luc̄
j. Ecce ancilla dn̄i. Io. baptista ioh. j. Nō sum dig. vt sol. cor. cal. e. Et
om̄es apl̄i luc̄ xxij. Reges gentiū dn̄ant̄ eoꝝ Et seq̄tur Nō sic erit
inter vos. s̄z q̄ maior ē in vobis. fiat sic minor. Deniq; ipe filiꝰ dei ma
xime se hūiliauit. vtz in pn̄ti epl̄a. Mat. xj. Discite a me q̄ mi. sum et
hu. cor. Vnde di. aug. Nō dicit Discite a me mūdū fabricare. mortu
os suscitare. demonia eijcere. sed q̄ mi. sum. et hu. cor. In oi em̄ ope
christi apparet magna eius hūilitas Nā hūilē matrē elegit. et repu
tari voluit filius hūilis patris scz cuiusdā senis carpentarij. hūilem le
ctū scz p̄sepe. hūilē domū scz diuersoriū habuit. hūile iumētū scz asi
nū equitauit. hūiles discipulos elegit scz piscatores. hūile misteriū
exercuit dū pedes lauit. hūilē et despectissimā mortē elegit et hūi
lē sepulturā vtpote alienā. Et deniq; post mortē descēdit ad inferos
in quo magna eius hūilitas ꝯmendat̄. ¶ Tercō apparet eius boni
tas ex eius ꝯmendatōe. q̄ scriptura sacra q̄ mētiri nō pōt et om̄es
sancti doctores eā mirabiliter ac multipliciter ꝯmendāt. Aug. Hūi
litas tota pene disciplina christiana est. Vnde bern̄. Nulla splendidi
or gēma ī toto ornatu sūmi pōtificis q̄z hūilitas. ¶ Quarto apparet
eius bonitas ex sui v̄tuosa opatōne. Res em̄ q̄nto melior est tanto
nobiliorē habet opatōez. Sed hūilitas habet mirabilia opari vt ꝯse
✱ quēter patebit. Et sic ptz secūdū. ¶ Tercō videamus de v̄tuosa hūi
litatis opatōe et bona. Habet em̄ duodecim efficere mirabilia opa
v̄tuosa. ¶ Primū est q̄ ipa tumorē habet sanare hūanū. q̄ causa p
ditōnis fuit. Aug. Medicina tumoris hoīs est hūilitas. Greg. Ar
gum̄tū redēptōnis nostre inuēta est hūilitas. Oīs em̄ cura p ꝯtra
riū debet fieri. q̄ ꝯtraria ꝯtrarijs curant̄. Et ideo q̄ causa ꝑditōnis
salutis fuit supbia causa repatōnis salutis debuit esse hūilitas. ¶ Se
cūdū est q̄ ipa facit deū oculo misericordie respicere peccatorē. Esa.
lxvj. Ad quē respiciā nisi ad pauꝑculū et ꝯtritū sp̄ū et trementē ser
mones meos. Obiectuz eniz visus est color et ideo nihil nisi luci
dum et coloratum videri potest Color autem virtutum est hūili
tas et ideo sine humilitate nullus a deo respici ur oculo misericor
die Beatam virgi. maxime respexit deus quia hoc colore humilita
tis maxime colorata fuit Luce primo. Quia respexit humi. an. sue

¶ Terciū est· qꝛ ipa orōnem facit dō acceptā· ⁊ eam ab eo exauditi·
Iudith·ix· Humiliū ⁊ māsuetoꝝ semp tibi placuit depcatō· Gre· Est
creatori nrō ad recipiendū fletꝰ humiliū misericordie sinus· Exem:
plū de publicano ⁊ phariseo· Nā publicanꝰ p humilitatē fuit iustifi
catꝰ et phariseꝰ ex supbia ꝯdemnatꝰ Luc·xviij· Descēdit h iustifica
tus in domū suā ab illo· Hūilitas em̄ facit orōem in ꝯspectu dei in
troire Eccī·xxxv· Oratio hūiliantis se nubes penetrat· Petitō āt q̄
nō porrigit corā papa nunq̄z ab eo exaudit· Sic est de orōne coram
deo ¶ Quartū ē qꝛ liberat hoīem a piculis· Psal· Humiliatꝰ sum ⁊
li·me·iij· Re·xxj· Nōne vidisti achab humiliatū corā me ꝓpt qd nō i
ducā malū in diebꝫ suis· Vbi dicit gre· Si humilitas tm̄ placuit in re
ꝓbo· quātū placebit in electo Aug· Humilitas custodit i om̄i tribu
latōne vt nō crepet mēs in fornace q̄ nō tumet vento supbie Ideo
castanea facit strepitū in igne· qꝛ sub cortice ꝯtinz ventū· Exemplū
dauid· q̄ ait·j·re·xxiiij· Quē psequeris rex israel· quez pseq̄ris· canem
mortuū psequeris et pulice vnū· Et qꝛ sic se humiliauit· ideo deꝰ de
manu saul et omniū inimicoꝝ suoꝝ ⁊ de om̄i angustia eum libera
uit·ij· Re·iiij· Viuit dn̄s q̄ eruit aīam meā de om̄i angustia· Humili
tas em̄ facit hominē in imo iacere· Iacenti aūt in imo pauca picula
pn̄t ꝯtingere et puū casuz pt facere ¶ Quintū est· qꝛ exaltat hoīez
valde·j· Re·xv· Nōne cū puulꝰ esses i oculis tuis caput in tribubꝫ is
rael effectꝰ es· Imo humilitas ē mēsura exaltatōis vt quātuz q̄s se
humiliat tm̄ exaltet· Exemplū in xp̄o· beata maria iohe baptista et
paulo· Nā xp̄s sup om̄es ē exaltatꝰ· qꝛ sup om̄s se humiliauit· et pꝰ
ipm beata v̄go maria· De q̄ aug· dicit q ꝓpt sui humilitatē ē mater
dn̄i electa· Luc·j· qꝛ respe·hu·an·sue· Iohes v̄o baptista qꝛ pꝰ hos
plus om̄ibꝫ se humiliauit· dū dixit· nō sum dignꝰ vt sol·cor·cal·eiꝰ scz
xp̄i· iō p om̄ibꝫ xp̄c eū ꝯmēdauit Math·xj· Inter na·mu·nō sur·ma·
io·bap· Et chris· dicit q in nullo vnq̄z opere tm̄ meruit ioh·bap· sic
i hac hūilitate quē cū iudei vellēt p xp̄o recipe dixit· Nō suz dig· ꝛc
Paulꝰ vero qꝛ dixit se minimū apl̄oꝝ· ⁊ dixit se nō dignum vocari
apl̄m· iō p excellentiā eccl̄ia vocat eū apl̄m Iob v· Qui ponit humi
les in sublime ¶ Sexto facit hominē dei grā susceptm̄ Iac·iiij· Deꝰ
sup·resi·hu·āt d·g· Est em̄ hūilitas sm̄ bern· aqueductꝰ p quē venit
grā dei ad hominē· Et iō ait fluēta grē tāto tpe defuerūt qꝛ nōdū in
teruenerat aqueductꝰ Et vocat aqueductū humilitatē beate marie
Supbus aūt est plenus vento vane glorie et recipere dei gratiam
non potest· Sed humilis est totus in sui reputatione vacuus ¶ Se:
ptimo facit dei sapientiam in corde hominis habitare Prouer· Vbi
humilitas ibi sapientia· Ptolomeꝰ Inter sapientes ille sapiētior est

qui humilior existit. Bern. Humilitas clauis ē scientie Humilitas ei
facit amicum dei. amicis aūt secreta reuelant. Et ido deꝰ humilibus
sua secreta reuelat. q̄ faciūt ipos sapiētes Math. xj. Cōfiteor ti. pr̄. d.
ce. et ter. qꝛ abscon. h̄ a sa. et pru. et reue. ea puulis. i. humilib; Et per
hūc modū fuerūt sapiētes omes ꝓphete ⁊ sancti. Beatꝰ ꝯ gre dicit
ꝙ sacra scrip. ē qddaz pelagꝰ in q̄ elephas natat et agnꝰ peditat Su
pbus em̄ sup pelagꝰ scripture natat et nihil intelligit Humilis aūt
tāgit ꝓfundū intellectꝰ scripture. Vn̄ boetiꝰ dicit ꝙ sapiētia vl̄ phia
apparuit sibi in spē cuiꝰdam dn̄e. q̄ mō sese ad mensurā hoīm cohibe
bat. mō summi cacumīs vertice celū tangē videbat. q̄ dum caput al
tiꝰ extulisset ipm etiā celū penetrabat. Per humilitatez em̄ sapia ad
mensurā hoīm se restringit. et p supbiā caput extollit ¶ Octauum
est. qꝛ recupat caritatē ⁊ nutrit eā. Gre. Sola virtꝰ humilitatis ē re
paratio caritatis lese. Chris. Nutrix dilectōis est humilitas. mater
odij est supbia. Humilitas em̄ facit hominē subire sacramēta eccl'ie
p q̄ caritas amissa et lesa repatur. Sic repauit eam paulꝰ q̄ ait act.
ix. Dn̄e q̄d me vis facere. Et surgens baptisatꝰ est ¶ Nonū ē ꝙ cō
seruat anime bona Gre. Perit om̄e qd agit si nō solicite in hūilita
te custodit Idem. Qui sine hūilitate ceteras v̄tutes ꝯgregat q̄si pul
uerē in ventū portat. Aug. Cogitans magnā fabricā ꝯstruere celsi
tudinis. de fundamēto cogita humilitatis. Hūilitas em̄ ē domꝰ dei
in qua deus manet. In domo aūt dei sic in deo om̄ia ꝯseruant Aug
Excelsus es dn̄e ⁊ hūiles corde sunt domꝰ tue. Ideo in demonib; et
primis pentib; bona gratie nō sunt ꝯseruata. qꝛ in hūilitate nō mā
serunt. ¶ Decimū est qꝛ facit hominē pacifice ꝯuersari. qꝛ sic int̄ sup
bos semp iurgia sunt. vt dicit ꝓu. xiij. sic p locū a ꝯtrarijs inthūiles
est omnis sctā pax. et p ꝯseques nihil ita facit hominē deo ⁊ hoibus
placē sic hūilitas. Hieronimꝰ Nihil ē ꝙ ita nos deo et hoib; gratos
faciat q̄z si merito magni hūilitate simꝰ infimi Bern. In alto nō altū
sape s̄z humilib; ꝯsentire. nihil deo carius et rarius apud homines
¶ Vndecimū ē qꝛ facit hoīez vincē dyabolū et eiꝰ figmēta. Vn̄ in ui
caspatꝝ legit ꝙ dyabolꝰ dixit sancto machario. Sola hūilitas tua me
vincit. Hūilitas em̄ dyabolo ꝯtrariat directe. Nihil autez destruit
nisi p suū ꝯtrariū. vt ignis p aquā et tenebre p lucē ¶ Duodecimū
ē. qꝛ ducit hominē ad gloriā celi. Iob xxij. Qui humiliatꝰ fuerit erit
in gloria. Math. xviij. Nisi ꝯuersi fueritis et ef. sic pu. non intrabitis
in regnū celoꝝ. Hūilitas em̄ facit deū habitare in anima q̄ est vita
beata animaꝝ sanctaꝝ vt dicit augꝰ. Ad quam nos pducat domi
nꝰ noster iesus christus marie filius cuz patre et spiritusancto vnꝰ
deus in trinitate pfecta p infinita secula seculoꝝ. Amen

SERMO XLV.

Dominica resurrectionis domini nostri iesu christi de euangelio sermo. xlv.

Maria magdalena et maria iacobi et salome emerunt aromata vt veniētes vngerēt iesum. mar. xvj. In euāgelio hodierno quattuor ꝯtinent. Primū est mulierū obseq̄um et deuotō oposa. In p̄ncipio euāgelij. Scd̄m est angelorū misterium et apparitō gloriosa. ibi. Et introeūtes in monumētū viderūt in dextris iuuenē sedentē cooptū stola candida. Terciū ē angelicū colloquiū et resurrectōis christi affirmatō seriosa. ibi. Qui dixit illis Nolite expauescere. Iesum q̄ritis nazarenū cruci. Surre. n̄ est hic. Quartū est ꝓmulgāde resurrectōnis mandatū et iussio fructuosa ibi. Sed ite et dicite discipulis eius et petro sup̄. q̄ dn̄s surrexit. q̄ p̄cedet vos in galileā. Primo g̊ ponitur istarū mulierū obsequiū et deuotō oposa. q̄ valde mane surrexerūt. et cum vnguētis aromaticis ad sepulcrū venerūt vt vngerent corpus iesu. Circa h̄ p̄mū mēbrum quattuor ꝯsideranda occurrūt. Primo de differentia euāgelistarū. Secūdo de ꝯgruitate eorū q̄ in resurrectōe leguntur. Tercō de ꝯmendatōe istarū mulierū. Quarto de moralitate et significatōe earū. Circa p̄mū scz differentiā euāgelistarū nota q̄ matheus vnū angelū dicit apparuisse mulieribꝫ istis. Ait em̄ Angelus dn̄i descendit de celo. Idem dicit mar. vt hic ptz. q̄ viderūt iuuenē sedētem in dextris. Iohānes vero et lucas scribūt fuisse duos angelos in albis sedentes. Ait em̄ iohannes Vidit duos angelos in albis sedentes vnū ad caput et vnū ad pedes. Lucas vero ait. Ecce duo viri steterūt secus illas in veste fulgenti. Ad qd̄ dicendū q̄ in reiueritate duo fuerunt vel plures. vt ioh̄. et lu. scribunt. sed q̄ vnus solus loquebat̄. ideo matheus et marcus vnū angelū fuisse scribunt. Item iohes videtur dicere q̄ dn̄e iste non intrauerunt monumentū. Ait em̄ Dum g̊ fleret inclinauit se et ꝓspexit in monumētū. Marcꝰ aūt et om̄es alij dicunt q̄ intrauerūt. Ait em̄ mar. Et introeūtes in monumentū. Ad qd̄ dicendū. q̄ accipiendo ꝓprie monumētū scz ꝓ illo lapide magno in q̊ corpꝰ christi sepultū fuit. nō intrauerūt vt ioh̄. dicit. Sed accipiendo large sepulcrū ꝓ quodā circuitu murato circa sepulcrū. sic intrauerūt vt dicit marcꝰ et alij euāgeliste. Itē lucas dicit. q̄ angeli stabāt. Ait em̄ Ecce duo viri steterūt secus illas. Iohs vero dicit q̄ angeli sedebāt. Ait em̄ ioh̄. Vidit duos angelos i albis sedētes Ad qd̄ dicendū. q̄ angeli sedebāt. vt ioh̄. scribit. s̄ ad aduentū dn̄arū surrexernut. quod lucas scribit Item marcus dicit. Maria magdalena et maria iacobi scz mater et salome scz filia et mat̄ filiorū

zebedei·due sorores virginis marie·Lucas aūt dicit sic·Erat aūt ma-
ria magdalene·et iohanna·et maria iacobi·q̄ iohāna fuit uxor cuze
curatoris herodis·Ad qd dicendū q multe alie dñe venerūt cū
istis tribꝫ marijs ad monumentū ad corpꝰ xpi vngendū vt lucas
scribit·int quas fuit iohāna p̄dicta·Sz qr tres marie fuerūt primi-
pales·ideo solū ipe noiant a marco·Qr vero p̄dicta iohāna venera
bilis dña erat·ideo etiā ipa a luca nomiat vt dictū ē·Itez mar·dicit
q iste dñe venerūt de mane·vt in ℔ euāgelio pz· Mathe⁹ aūt dicit
sic·Vespere aūt sabbati venit maria magdalene et alia maria videre
sepulcrū· Ad qd dicendū q iste dñe feria sexta sepulto dommo no
tauerūt sepulcrū vt pz mar·penul·c·Et redeūtes hierusalē pauerūt
aromata et vnguēta p̄ciosa q̄ habebant reseruare corpus a fetore et
facere ipm redolere·Sabbato aūt secūdū mandatū legis quieuerūt
et beatā vginē visitauerūt·Prima aūt sabbati q̄ mō est dñica·valde
te pestiue·qd Iobs dic qd fuit ante lucē·Idem dic lucas·Marc⁹ autē
dicit q quādo iam puenerunt ad sepulcrū erat ortus sol·i illa pars
orientis vbi sol oritur incipiebat albescere·qd est signū q sol sit ort⁹
qd vocatur diluculū qd est mediū inter die et noctē·in quo christ⁹
resurrexit·ps·Exurgā diluculo·Qd ergo iobes et lucas dicūt·Valde mane
lucē et cum tenebre essent·marcus determiat et dicit·Valde mane
quādo sol incipiebat albescere illā ptem orientis·qd diluculū nomi
natur·et videt adhuc nox·Sic ergo ille dñe ante diem surrexerunt·
et cū iam puenissent ad sepulcrū erat diluculū·Qr aūt mat·dicit sic
est intelligendū fm aug· qui dicit q matheus noīe vespere noctez
significat·a pte totū denominans·Est enī ibi sinodoches·Et est sen
sus·Vespere aūt sabbati·i·nocte sabbati·q̄ lucescit in p̄ma sabbati·i·
terminat ad p̄mā diem sabbati q̄ modo est dñica venit maria ma
gdalene·Iudei enī omnē diē vocant sabbatū·scz p̄ma sabbati·secūda
sabbati·et sic de alijs·Romani aūt vocabāt dies a planetis·scz diem
solis a sole·die lune a luna·diem martis a marte·et sic de alijs·quos
etiā vsqz mō nos seqmur excepto q diem solis vocamus dñicam·
Ecclesia aūt vocat dies ferias·vt feria secūda·feria tercia·feria quar-
ta·et sic de alijs·p̄ter sabbatū et dñicam die·Et sic ptz differētia euan
geliste ℣ nota q̄tuor· Circa·ij·scz grauitatē eor que in resurrectōe legūtur
et diluculo q eius resurrectō noctē mortis insimul terminauit·et di
em gratie et glorie inchoauit·et ideo a resurrectōne christi citra
nox p̄cedit diem·sed p̄mo dies noctē p̄cedebat·q omnia inceperunt
a die gratie·et terminata sunt ad noctē culpe·mundus etiā a die in-
pit et desijt in noctē·Gen·j·Factū est vespe et mane dies vn⁹·In

resurrectōe aūt christi oīa de tenebris ad lucē transierūt ad gloriaz
puentura. ¶ Secūdo ꝯgruū fuit tercia die resurgere. ad ostēdēdū
ꝙ sicut in ternario nūo oīa deus pfecit. ita in christi resurrectōe oīa
deus pfecit. vel fuerūt pfecta. et de impfectōe ad pfectōez deducta
Nam in trinitate deus ē pfectus. Numerꝰ etiaz angeloꝝ in terna-
rio gerarchiarū et ordinū est pfectus et ꝯstitutus. Totū etiā vniū
sum tres ptes ꝯtinet ex quibꝫ pficit et ꝯplet. scz celū mundū ⁊ infer
nū. Celū etiā in tria diuidit. scz celū empireū. cristallinū. et siderenz.
Infernꝰ similit diuidit in tres domus scz infernū purgatoriū. et lim
bū pueroꝝ. Item oīs creatura in tria diuidit. qꝛ aut est pure spūal
vt angelꝰ. aut pure corpalis vt elemēta. aut ex vtroqꝫ ꝯposita vt hō
Item aīa habet tres potentias ad sui pfectōem. scz intellectū. volun
tatem. et memoriā. et p tres vtutes ꝯiungit deo. scz p fidem. spem.
et caritatē. Similiter oīe corpus ꝯsistit in tribꝫ. scz longo. lato. et p
fundo. Item oīe tempus in tria diuidit. scz in p̄sens. p̄teritū. ⁊ futu
rum. Itē pnia p quā aīa reparat ad vitā in tribꝫ ꝯsistit. scz in ꝯtritōe
cordis ꝯfessione oris. et satisfactōe opis. Cū igit oīm pfectō i ter-
nario nūo ꝯsistit. et omīa fuerint p peccatū deordinata. decēs fuit ꝙ
christi resurrectō in ternario pficeret. cū p ipam oīa sint reordinata
et ad pfectōez reducta. Nā p ipam deus est glorificatus. angelica
natura repata et restaurata. hūana vero natura est exaltata et rein-
tegrata. et breuiter oīs creatura renouabit et liberabit a seruitute
corruptōis p christi resurrectōem. Propter qd di. apos. ad Ro. viij.
ꝙ omnis creatura ingemiscit et pturit vsqꝫ adhuc expectās redem-
ptōem filioꝝ dei. Et ideo christi resurrectō debuit in ternario ppe-
trari p quē omis pfectio designat. Vnde etiā phus di. ꝙ p hūc nūm
tem ꝓprietatibꝫ reꝝ creaturaꝝ. ¶ Tercō ꝯgruū fuit vt in resurrecti
one christi tria simul ꝯcurrerent scz xp̄c resurgēs et hūanā naturaz
liberans. angelus resurrectōem affirmans. et mulier nunciū bonū
portans. Nā in pditōe nate hūane tria p ꝯtrariū fuerūt. scz dyabolꝰ
suggerēs. mulier nunciās viro. et vir ꝯmedens ⁊ naturā hūanā cor
rūpens. Quia ꝯ christus in sua resurrectōe naturam humanā repa-
uit. ꝯgruū fuit ꝙ ibi fuerit christus hō resurgens et naturā huma
nam liberās. et angelus bonā resurrectōem affirmans. ⁊ femina san
cta nunciū ferens. qꝛ omnis curatō fit p ꝯtrarium. qꝛ autoritate me
dicoꝝ. ꝯtraria cōtrariis curant. ¶ Quarto ꝯgruū fuit vt hodie chri
stus quinq̄es appareret. quas quinqꝫ vices sacerdos in missa quinq̄
es se uertens ad ꝓplum representat. Primo em̄ apparuit marie ma
gdalene ad sepulcꝝ remanenti et flenti. Io. xx. Secūdo ipi et alijs

dñabꝫ redeūtibꝫ a sepulcro vt ptꝫ math. xxviij. Circa qđ intelligen
dū nota ꝙ ꝓut ex euāgelistis colligit et vt aug. di. de ꝯsensu euan
gelistarū. maria magdalena ⁊ alie marie bis viderūt angelos ⁊ eis
locute sunt. Primo cū venerūt tēpestiue ad monumentū ⁊ viderūt
duos angelos et statim cucurrerūt discipulis nunciare. vt dic mat.
et mar. Secūdo quādo cū discipulis redierūt ad monumentū ⁊ tūc
recedētibꝫ discipulis angeli iterꝫ eis locuti sunt vt dic lu. et ioh. Simi
liter iesus apparuit bis mulieribꝫ. Primo marie magdalene quādo
secūda vice venit ad monumentū cū alijs marijs et apostolis. ⁊ re
cedentibꝫ apostolis ⁊ alijs marijs ipa remāsit ad monumentū foris
plorans et vidit iesum in specie ortulani vt dicit Io. xx. Secūdo ma
gdalene ⁊ alijs marijs recedētibꝫ secūdo a sepulcro q̄ndo accesserūt
et tenuerūt pedes eius vt dicit math. Maria em̄ magdalena postq̄ꝫ
vidit iesum in specie ortulani cucurrit post alias marias et inuenit
eas in via. et dum essent om̄es simul ihs apparuit eis vt dictuꝫ est.
Tercio petro sed nescit vbi luc. xxiiij. Et h̄ signat sacerdos dum ver
tit se ad ꝓplm et nō dicit dñs vobiscū. sed silenter et plane dicit. ora
te ꝓ me. Quarto duobꝫ discipulis euntibꝫ in emaus luc. xxiiij. Quin
to oibꝫ discipulis in absentia thome. Io. xx. Et signat ꝙ quinq̄es de
bemus hodie et in omni die dñica apparere scꝫ in p̄ma in qua missa
celebrat. in tercia. in nona. in vesperis. et in ꝯpletorio ad regratian
Y dū deo ꝓ quinq̄ꝫ maximis beneficijs que a deo recepimus. Primo
ergo debemus deo regtiari ꝓ bono nature. qꝛ nos ad imaginem
suā creauit et hoc signat p̄ma. Secundo ꝓ bono fortune. qꝛ tam dili
genter nos gubernat et regit vt omnia pedibꝫ nostris subiecerit. et
hoc signat tercia. Tercō ꝓ bono gratie. qꝛ ita carissime nos redemit
et hoc signat nona. qꝛ in nona christus mortuus fuit. Quarto ꝓ bo
no glorie. qꝛ in fine vite nobis dare eternā gloriam est paratus. et h̄
signant vespe. Quinto ꝓ bono resurrectōis gloriose. qꝛ in fine secu
li nos resuscitabit nō amplius morituros. et hoc signat ꝯpletoriuꝫ
Z vltra qđ amplius nihil extat. Circa. iij. scꝫ circa ꝯmendatōꝫ istaꝝ
dñarū nota ꝙ iste dñe a sex salubriter ꝯmendant. Primo a vera
amicicia. qꝛ ⁊ in vita seq̄bantur christū ministrātes ei de facultatibꝫ
suis. et in morte fuerūt iuxta crucem. et post mortem iuerunt ad se
pulcrum eius corpus vngere cupientes. Prou. xvij. Om̄i tempore
diligit qui amicus est. Amicicia mūdi est solum in vita et solum cir
ca ꝓspera consistit. Ecci. vj. Est amicus socius mense et nō ꝑmanet i
tempe necessitatis. Secundo cōmendantur ab eximia religione.
qꝛ cum tantū diligerent christū tam in vita q̄ꝫ in morte. tamen ꝓp
ter custodiam sabbati nō mouerūt se a hierusalem in sabbato sancto

vt legē domini custodirent· Vade et tu fac similiter vt ꝑter nullū timorē vel amorem ꝑtereas legē dei· Sed heu hodie·qz ꝑter vnū denariū lex dñi ꝑterit·et plus timet et amatur hō q̄z deus ¶ Tercō 2mendant a solicitudine magna· qz valde mane surrexerūt ad cor pus domini reuisendū et mungendū· Sic et nos tēpestiue ad cor pus christi videndū surgere debem⁹· Psal· Surgite postq̄z sederitis qui māducatis panem doloris· Eph· v· Surge qui dormis z exurge a mortuis et illūmabit te christ⁹· Michee· vj· Indicabo tibi o hō q̄d sit bonū et quid dñs requirat a te·vtiqz facere iudiciū et diligere mi sericordiam et solicitū ambulare cū deo tuo· ¶ Quarto 2mendan ab honestate mutua·qz nō vna sola sed multe simul uenerūt· Eccl· inj Ve soli qz cum ceciderit nō habet subleuante se· Quia susanna māsit in pomerio sola fuit 2fusa et 2demnata ad mortez· Nunq̄z mulier alicuius valoris sola incedere vel stare deberet ¶ Quinto 2mendant ab intentōe recta·qz uerūt vngere iesum· Iesum em̄ mungim⁹ qñ in bonis opib⁹ que exercemus bonā intentōz habemus vt sez ea fa ciamus ad dei honorē et ꝓximi edificatōz· Matth· vj· Tu aūt cū ieiu nas vnge caput tuū·z christū· Propterea ille quinq̄ vgines non in trauerunt ad nuptias qz nō habuerūt oleū in lampad ib⁹·z bonam intentōem in opib⁹·vt dicit aug· Et ideo lampades eaꝝ sunt extincte qz ignis spūssancti nō potest ardere in opib⁹ mala intentōe factis Bona ꝫ intentōe debemus ad ecclesiaz ire sez vt vngamus corpus ieiu et nō vt videamur vel videamur sicut multi et multe faciūt ¶ Certo 2mendant a locutōe honesta·qz nō vana nec detractoria lo quebant· sed dicebāt· Quis reuoluet nobis lapidē ab hostio monu menti·vt sez possimus vngere corpus ieiu· Quicunq̄z em̄ loquit de deo·deus est cū eo· Mat·xviij· Vbi duo vel tres 2gregati fuerint in nomine meo ibi sum ego in medio eoꝝ· Quia hodie duo discipu li loquebant de ieiu apparuit illis ieius·lu·xxiiij· Et qz iste dñe loque bant de amotōe lapidis vt vngerent corpus ieiu apparuit illis āge lus et 2pleuit desideriū eaꝝ lapidē amouendo· Prou·x· Desideriū iustis dabit· Loquamur et nos de ieiu vt amoueat lapidē·id est duricie a corde nostro·vt possimus vngere corpus ieiu · id est opa pietatis in christi mēbra exercere· Matth·xxiij· Quod vni ex minimis meis fecistis mihi fecistis ¶ Circa quartū sez circa significatōez ista trū dnarū nota qz tres marie tres amaritudines signāt quas hō que rens christū debet habere· Maria em̄ interptatur amarū mare· Pri ma amaritudo debet esse de peccatis cōmissis· Secūda de bonis pdi tis· Tercia de penis incursis·qz puatus est eterna hereditate z eter nis supplicijs deputatus· Vel debet habere tres amaritudines·sez de

B peccatis cogitatis·locutis·et opatis·Tres pixides signāt trinitatē
trine substantie q̄ fuit in christo·scz aīa corpus et deitas·in quibꝫ fi-
des nostra ꝯsistit·quā querēs deū habere debet ī pixide cordis sui·
et debet eā portare tanq̄z pixidem in manibꝫ· qꝛ debet eā ꝑ opa ma-
nifestare·Iaco·ij·Ostende mihi fidē tuā sine·opibꝫ et ego ostendaz
C tibi fidē meā ex opibꝫ·Tria vnguēta in pixidibꝫ significāt tres amo
res quos querēs deū debet habere secū·Primus est amor dei qui
ꝑ amorē marie magdalene significat̄·que maxime et sup oīa deū di
lexit·Secūdus est amor ꝓprie salutis que ꝑ vnguētuz marie iacobi
designat̄·qui tūc est qn̄ aīa regit corpus et mundū supplantat ⁊ vicia
et peccata·Iacobꝫ em̄ supplantator dicit̄·Tercius est amor ꝓximi qui
ꝑ vnguētū marie salome designat̄·qui tūc est qn̄ homo habet cor a
marū in miserijs peccatoꝝ et ꝓximoꝝ·Solū em̄ idē est qd̄ amaruz
vel amaritudo·ij·coꝝ·x·Quis infirmat̄ et ego nō infirmor· quis scā
dalisat̄ et ego nō vror·Vel tria vnguēta sunt fides spes et caritas·q̄
bꝫ dn̄s oleo leticie et omni gratia vnctus ꝯiungit̄ aīe ⁊ ipam eode
oleo leticie et omnis gratie et v̄tutis vngit·Qui g̊ vult videre chri
stū resuscitatū ⁊ gloriosum hec oīa ferat secū·sed nō q̄rat eū in sepul
cro·qꝛ ibi nō fuit inuentus·Luc̄·xxiiij· Quid queritis viuentē cum
mortuis·Sepulcrū dealbatū est mundus iste · qui afforis specōsus
apparet sed intus est plenus ossibꝫ pungitiuis ⁊ omni spurcicia·Re
cedamus g̊ de sepulcro mūdi et christus occurret nobis sic istis mu
lieribꝫ fugientibꝫ de sepulcro occurrit et dixit·Auete·mathei·xxviij·
Que tūc accesserūt et tenuerūt pedes eius·Et sic ptz p̄mū ¶Secun
do ponit̄ angeloꝝ ministeriū et apparitō gloriosa·qꝛ introeūtes in
monumentū·i·in ambitū muratū circa sepulcrū·viderunt iuuenem
sedentē supra sepulcrū ad dexterā ꝑtem cooptum stola candida In
D quibꝫ verbis quattuor notant̄ ¶Primo em̄ etas resurgentiū desi-
gnat̄ qꝛ āgeli in etate iuuenili apparuerūt ī qua christus resurrexit·
in qua etiā om̄es resurgemus·Eph̄·iiij·Donec occurramus om̄es ī
viꝝ ꝑfectū in mēsurā etatis plenitudinis christi ¶Secūdo designa
tur pennis gloria resurgentiū·qꝛ sedentē in dexteris viderūt·ꝑ de
xterā autē beata futura vita·ꝑ sinistrā autē p̄sens seculū designat̄ ¶
Tercō designat̄ claritas corpm gloriosoꝝ·qꝛ in veste fulgenti ⁊ sto
la candida cooptū iuuenē viderūt·q̄ vestis fulgens et stola candida
nihil aliud fuit nisi quidā fulgor glorie ⁊ claritas luminis·Ex abun
dantia em̄ glorie aīe redundabit quidā splendor in corpus sole clari
or et delectabilis ad videndū·Math̄·xiij·Fulgebūt iusti sicut sol ꝛc̄
¶Quarto designat̄ differentia resurgētiū·qꝛ vt di·math̄·erat autē
aspectus eius sicut fulgor·et vestimentū eius sicut nix·christus em̄

gloriosus et splēdens apparebit iustis et bonis in iudicō. malis autē
terribilis et formidolosus. ꝓpter qd̄ dicēt mōtibꝫ. opite nos a facie
ire agni sedētis in throno. apo. iiij. Et sic ptz secundū ¶ Tercō ponit̄
angelicū colloquiū. et resurrectōis affirmatō seriosa. In colloq̄o au:
tē magna clemētia demōstrat̄. Et h̄ est qd̄ dixit. Nolite expauescere
s̄ iudei timeāt. Vos āt q̄ fertis vngēta p̄ciosa. s. v̄tutes et opa bona
q̄ xp̄o in vita et ī morte obsecute fuistis. que veracit̄ ip̄z q̄ritis et de
uote. nolite timere. qꝛ timor nō ē in caritate. s̄ pfecta caritas foris
mittit timorē. j. ioh̄. iiij. vos aūt pfectā caritatez ad xp̄m habetis. et
iō nolite timere. Sz timeāt iudei q̄ xp̄m occiderūt. timeāt pagani q̄
ī ip̄m n̄ credūt. timeāt mali christiani q̄ ip̄m quotidie factis negāt
et ip̄m iterꝫ crucifigūt. Vos aūt q̄ queritis ih̄m nazarenū. i. saluatorē
floridū om̄i flore v̄tutū. ih̄us em̄ saluator nazarenꝰ floridꝰ interp̄:
tatur. crucifixū ꝓ salute hoīm. nolite timere In affirmatōne vero re
surrectōis firma veritas elucescit. qꝛ surrexit nō est hic. Vbi duo ꝯsi:
derāda occurrūt. scz resurrectōis ꝓbatio et resurrectōnis modus E
¶ Circa primū scz resurrectōis ꝓbatōz duplicit̄ ꝓcedamꝰ. Primo ī
fringamꝰ rōem iudeoꝝ et dictū q̄ dicunt q̄ discipuli custodibꝫ dor
mientibꝫ furati sunt corpꝰ xp̄i. et dixerūt ip̄z resurrexisse. ⁊ h̄ error vi
q̄ in p̄ns marcescit in cordibꝫ iudeoꝝ. q̄ error habuit ortū vtz math.
vlt. ex eo q̄ custodes sepulcri dn̄i dn̄o mane surgente exterriti sunt
valde ⁊ facti sunt velut mortui p̄ timore terremotꝰ ⁊ aspectꝰ ange
loꝝ q̄ ibi apparuerūt. et fugiētes ad ciuitatē. ⁊ redeūtes hr̄lm inue:
nerūt principes sacerdotū et phariseos q̄bꝫ ea q̄ ꝯtigerūt dixerunt.
xp̄m surrexisse affirmātes. Sacerdotes aūt et pharisei ꝯsilio habito
magnā pecuniā p̄dictis custodibꝫ sunt largiti. rogātes eos q̄ dice:
rent. q̄ dormientibꝫ eis venerūt discipuli ⁊ corpꝰ xp̄i furati sunt. Cu
stodes aūt corrupti pecunia sic dixerūt in ꝓplo diuulgātes p̄dictuz
errorē. Hoc aūt apparet falsuz duplr̄. Primo qꝛ aut custodes dormi
ebāt. aut nō. Si dormierūt quō h̄ scire potuerūt. Si nō dormiebant
quō cū custodes erant armati pmiserūt aplos q̄ erāt psone viles ⁊
tremebūdi. rape corpꝰ ih̄u. Certe nō est verisile nec credibile. Scdo
qꝛ si discipuli fuissent furati corpꝰ xp̄i nō traxissent morā ad dispoliā
dum ip̄m. s̄ subito asportassent. Quis latro inueniēs saccū plenū pā
nis poneret se ad dissoluendū saccū. Sz linteamina q̄bꝫ xp̄i corpus
fuit inuolutū in sepulcro postea inuēta fuerūt. Et ideo h̄ fictio ē val
de irrōnabilis. Sz vt dictū ē iudei corruperūt custodes pecuia ⁊ eis
sic loqui psuaserūt. Sed stulti iudei magis apparens et credibile mē
daciū fingere debuerūt. ¶ Secūdo iudeoꝝ fictōne exclusa xp̄i resur E
rectōem ꝓbemꝰ. et h̄ quinq̄ modis. scz ꝑ scripturas. ꝑ testimoniuz.

p rōnes·p figuras et p exempla naturalia· Oīmiby istis modis xpi
resurrectō euemient ꝓbaꝫ ¶Primo ꝙ ꝓbaꝫ p scriptuꝛāꝫ nou et ve
teris testamti quā impossibile est esse falsaꝫ·vtpote a spūsctō dicta
tam·P sal·Ego dormiui ꝛ soporat⁹ sum ꝛ exurrexi·Ide·Exurgā dilu
culo·Nouū aūt testamētū totū est plenū xpi resurrectōne·qz ꝛ euā
G gelia ꝛ epīe hoc affirmant ¶Secdo ꝓbaꝫ p testimoniū· qd fuit tri⁹
plex sc̄z celeste·terrestre·et infernale·Celeste fuit testimoniū angelo⁹
dicentiū·Surrexit nō est hic·Qui apparuerūt in veste glorie·ad ostē
dendū qz gl̄iose resurrexerat·Terrestre fuit triplex sc̄z testimonium
sancta⁹ dña⁹ ꝛ alia⁹ multa⁹ Luc·xxiij·Mulieres quedā ex nr̄is
terruerūt nos ꝛc·q dicūt eū viuē· Militū pilati q̄ semiuiui ceciderūt
in terram et fugiētes dixerunt·qz surrexit·Matth·vlt·Ecce quidam
de custodib⁹ venerūt in ciuitatē·ꝛ nunciauerūt principib⁹ sacerdotū
oīa q̄ facta fuerāt·Et religiosoꝛ apl̄oꝛ quoꝛ testimoniū certissi
mū fuit qz fuit de visu et de tactu ꝛ de gustu·Luc·xxiij·Palpate ⁊
videte·qz spūs carnē ꝛ ossa nō habz Act·x·Dedit eū manifestū fie·
ri·nō oīm ꝓpl̄o·sd̄ testib⁹ p̄ordīnatis a deo·nobis q̄ māducauim⁹ et
bibim⁹ cū illo postq̄z resurrexit a mortuis·Infernale testimoniū fuit
multoꝛ q̄ cū xp̄o resurrexerūt·Matth·xxvij Multa corpa sanctoꝛ
q̄ dormierāt·sur·ꝛ apparuerūt multis ¶Tercō resurrectio xpi po⁊
M test p rōnes ꝓbari·Et p̄nt ad h̄ adduci duodecim rōes ¶Prima ē
ex pte iustitie dei·q̄ est qz q̄ nō peccat nō punīaꝫ·sd̄ xp̄us i corpe suo
nunq̄z peccauit imo multū valde meruit·nec in ipō fuit acupiscētia
mali ad malū īclīnās·sd̄ originalis iustitia ꝛ innocētia pura·ꝙ id cor
pus nō debuit p putrefactōez puniri·sd̄ p resurrectōis gl̄iaz primari
Psal·Nō dabis sanctū tuū videre corruptōz Et si ad horam gusta
uit mortē·hoc fecit ꝓpter scel⁹ hūanum vt nos redimeret ab eo Esa·
liij·Propter scel⁹ pl̄i mei percussi eum· ¶Secūda est ex pte sapien
tie dei cui⁹ ē ordīnare oīa ꝛ nihil inordīnatū relīnq̄re in mōdo·sed
oīnis ps ordīnaꝫ in suo toto·et extra ip̄m inordīnata manet·Pau·
tes aūt bonis sunt anima ꝛ corp⁹·ꝙ anima xpi debuit corpi reuniri fa
cta redemptōne hūana ꝓpter quā fuerat a corpe sepata ¶Tercia ē
ex largitate et magnificetia dei·ad quā spectat oīmiby a se creatis tri
buere oīmez p̄fectōz et oīne bonū qd̄ fm naturā suā eis apetit et re
cipe p̄nt·Iac·j·Qui dat oīmiby affluenter corp⁹ xpi poterat recipe
gl̄iam resurrectōis cū fuerat habita culū dei qd̄ magis fuit·ac etiaz
ei fm suā naturā resurrectōis gloria debebaꝫ·qz corp⁹ fuit glorioſi
dei·Vñ ab īstanti ceptōis sibi gl̄ia debebaꝫ·et q̄d ad tēp⁹ ea caruit
de⁹ dispensatiue fecit·ꝙ debuit p resurrectōnis gloriam sublimari
¶Quarta ē a maioritatis decentia·qz q̄ hz maius ꝛ principale debz

habere minus et accessorium. vt qui habet equum debet habere fre
num. et vir qui habet vxorem debet habere bona eius. sed corpus
illud semper habebat deuz qui omnibꝫ maior est. qꝛ deitas nunq̄z
fuit nec a corpe. nec ab aīma sepata. ꝯ illd̄ corpꝰ debebat habere glo
riam que dei est ſm qd̄ ip̄m cape poterat. hec aūt est gl̄ia resurre
ctōnis ¶ Quinta est ab aīme inflamatiuo. vt inflamemur et accen
damur ad bene agēdū. Nā assueti corpalibꝫ magis diligimꝰ corpo
ralia bona. Gloria aūt corporis bonū corpale ē. quā dum in christi
corpore speculamur. q̄ etiā nobis ꝓmittit. iuxta illud phil. iij. saluato
rem expectamꝰ dn̄m nostrū ih̄m xp̄m qui reformabit corpꝰ huīlita
tis nostre ꝯfiguratū corpi claritatis sue. magis accēdimur ad bene
opandū. Si em̄ gl̄iam corpis in nullo ꝯspicerem⁹. caderet spes no
stra de tali p̄mio desperātes tepidi et remissi effecti Qꝛ vt di. gre.
Consideratō p̄mij minuit vim flagelli. ¶ Sexta vt naturale deside
riū ꝯpleat. qd̄ frustrari nō p̄t. eo q̄ on̄deret imꝑfectōez eternitatis
dei. ſꝫ naturale desideriū inest aīme corpi reuniri et īsimul cū eo glo
rificari. ſꝫ ꝓut ꝓū. x. dicit. desideriū suū dabit iustis. ꝯ corpꝰ debuit re
uniri aīme et cū ea gl̄ia potiri. et eius v̄tute om̄ia alia corpa suis aī
mabꝫ reuniētur. qꝛ vt ꝓbat apos. j. cor. xv. christi resurrectio ē cā no
stre resurrectōis. et si xp̄us resurrexit et nos resurgemꝰ. cantat em̄
ecclesia. mortē nr̄ām moriēdo destruxit et vitā resurgēdo repauit
¶ Septima est a v̄tute supnaturali q̄ fuit in christo q̄ maiorē v̄tutē
habuit ad viuificandū q̄z adam ad mortificandū vt dic̄ apos. ad ro. ij.
sed adā transmisit mortē in se et in om̄es posteros. ꝯ multo magis
christꝰ suscitauit se et om̄es alios ꝑ virtutē sue potētie. j. cor. xv. Si
cut in adā oēs moriunt. ita ⁊ i xp̄o oēs viuificabunt. ¶ Octaua ē a
xp̄i huīlitate. Lex em̄ dei ꝫ sanxit vt q̄ se magis humiliat maxīe ex:
altet. Est em̄ huīlitas regula exaltatōnis. vt supra in p̄cedenti dn̄ica
est notatū in sermōe de epl̄a. et ecōuerso de supbia. Luc. xiiij. Oīs
q̄ se humiliat exaltabit. ⁊ om̄is q̄ se exaltat humiliabit. Sꝫ xp̄us ma
xime et in sup̄mo gradu se humiliauit. ꝯ summe debuit exaltari. qd̄
ꝑ resurrectōz factū est. qꝛ nisi resurrexisset nō fuissꝫ summe exaltatꝰ
nam magis est in aīa et in corpore exaltari et glorificari q̄z in aīma
solū. Phi. ij. Humiliauit semetip̄m Et sequit. Propt qd̄ et deꝰ exal
tauit illū. Et ideo post resurrectōz xp̄us ait math. xxviij. Data ē mi
hi om̄is ptās i celo et in terra ¶ Nona ē a xp̄i obediētia. Inuenimꝰ
ꝯ de multis sanctis q̄ eis oēs creature et mors et vita obediuerūt
ad nutū. ⁊ ꝫ qꝛ ip̄i obediētes fuerūt. Exēpla patēt in nouo et veteri
Item arguet mundū de iudicio quod ſcz non timuerūt·quia cum

peccent quotidie contra deū et ꝓximū iudiciū dei venturum time
re debuerunt· ꝙ si dyabolus magister et ꝑnceps eoꝝ iam iudicat⁹
est solum ꝑ vno cogitatu· mltomagis ipi ꝑ multis sceleribus iudi
cabuntur· ꝙ si rex punit militē multomagis vasallum· Locus est a
maiori· ꝙ si illud quod videt magis inesse· nō inest· nec illud quod
minus videt· ꝫ magis videt parcenduꝫ comiti q̄ꝫ vasallo· igit ꝛc· ij·
Pet· ij· Si em̄ de⁹ angelis peccantibus non pepercit ꝫ rudētibꝫ in:
ferni detractos in tartarū tradidit cruciandos in iudiciū reserua:
ti ꝛc· ergo multomagis nobis peccantibꝫ nō dimittet· Sic ergo ar
guet mundū de peccato quod cōmiserunt· ꝙ nō crediderūt in me·
de iusticia quā mihi et meis non seruauerunt ꝓpter quā mortuus
sum et ad patrem vado· ⁊ de iudicio quod non timuerūt quod ti:
mere debebant cū ꝑnceps eoꝝ iam iudicatus sit ¶ Vbi nota ꝙ mū P
dus arguendus est de triplici iudicio· Primo de iudicio ad se non
ꝑtinenti quod sibi vsurpat· Math· vij· Nolite iudicaē et nō iu· Ro·
xiiij· Tu quis es qui iudicas alienū seruū· Secundo d̄ iudicio ꝓprio
de quo non curat· j· Cor· xj· Si nosmetipsos diu· nō vti· iudi· Tercō
de iudicio dei qd̄ nō timet ꝯtra quod ecc̄i· vij· Memo· no· t· et ieter
nū ñ pec· In eodem· xxxviij· Memor esto iudicij mei sic em̄ erit et
tuū· ¶ In fine nota ꝙ mundus est arguendus de octo maximis Q
sceleribus que sunt· ꝙ expellit magistrū sapientie· occidit vitā ani:
me· exiccat fontez misericordie· negat ministꝝ ꝓuidentie· nō audit
ꝑdicatorem penitentie· extinguit lumen intelligentie· cōtemnit bo
na glorie· et nō timet penas gehenne ¶ Primo est arguendus· ꝙ
expellit magistꝝ sapientie· Iob· xxj· Qui dixerunt deo· rece· a no· sci·
vi· tu· no· Mundus docet scientiā suā que est terrena· animalis· dya
bolica· vt dicit iaco· iij· nam docet lucra iniusta· deceptōnes· sophisti
cationes· ꝯtrouersias· guerras· et hmōi· Hiere· vj· Omis calumnia
in medio eius· Hec scientia expellit dei sapientiā que est omī virtu:
te plena· nam docet iusticiā facere· nō decipe ꝓximū· veꝝ dicere· fi:
nem ꝯsiderare· celum amare· deum timere· et ab omī malo cauere·
Iob· xxviij· Timere deū ipsa est sapientia et recedere a malo intelli
gentia· Item magister sapientie dicit Transit mundus ⁊ ꝯcupiscen
tia eius· j· ioh· ij· Mundus aūt dicit· Hec requies mea in seculū secu
li· hic habitabo qm̄ elegi eam· Item mgr̄ sapiētie dicit ꝙ diuitie· de:
licie· et honores sunt noxie· Prou· j· Vsqꝫ quo stulti ea que sibi sunt
noxia cupient· Sed mūdus dicit ꝙ tria supradicta sunt optima· p̄s·
Beatū dixerunt populū cui hec sunt· Item mgr̄ sapiētie dicit ꝙ ad
uersa mundi sunt vtilia ꝙ erudiunt ⁊ compellunt ad deum accede
re vt dicit gre· mala que nos hic pre· ad d· ir· compel· Boeci⁹· Plus

hominibus reor aduersam q̃z prosperam prodesse fortunaz. Illa fal
lit·hec instruit·Itaq; illā videas ventosam fluentez suiq; ignaram·
Hanc autem sobriam succinctam et ipsius aduersitatis exercitatō
ne prudentem·Mundus hec verba deliramentum reputat·et hec
patientem inimicū dei et infortunatum existimat supra modū·Et
breuiter de omnibus que dei sapientia docet·mundus contrariū
dogmatisat·Hoc figuratum est in nube filiorū israel que ipsis erat
lucida et egiptijs tenebrosa·Sic est in ꝓposito·quia sapientia est ser
uis dei clara et impijs obumbrata· ¶Secundo est arguendus·q̃
occidit vitam anime que est amor dei·Aug⁹·Scio anima mea quia
amor est vita tua·j·Joh·iiij·Qui non diligit manet in morte·Sed
amor mundanus est venenū illius amoris et ip̄m radicitus extir
pat·qui est amor parentum·amor mundanorū bonorum·amor car
nalium delectatōnum·et amor consanguineorū·Omēs istos amo
res docet mundus et tenet·et plus diligit parentes q̃z deum·plus
mundana bona q̃z dei dona·plus carnales delectatōnes q̃z virtua
les opatōnes·plus ꝯsanguineos q̃z sanctos·plus mundū q̃z celum
plus gloriā hominū q̃z dei·joh·xij·Dilexerūt gloriam hoīm magis
q̃z dei· ¶Tercio est arguendus q̃ exiccat fontem misericordie·quia
non remittit iniurias sed ꝓ alapa reddit vulnus·ꝓ vulnere mortē
expellit inimicos·et destruit bona eorum·Non parcit ꝓstratis s̄
interimit ꝑsequendo·nō miseret̄ pauperum et pupillorū sed decori
at eos iniustis exactōnibus et vsuris·Sap̄·ij·Sit fortitudo nostra
lex iusticie·circūueniamus iustum· ¶Quarto est arguendus quia
negat ministrū prouidentie·Ipse em̄ dei filius prouidentia sua om
nia dirigit et gubernat·et omnib⁹ ꝓuidet s̄m decentiam singulorū
Math·xj·Omīa mihi tradita sunt a patre meo·Sed mundus omīa
dicit a casu ⁊ fortuna euenire·eo q̃ bona eque ꝓueniunt bonis ⁊
malis·et similiter mala et similiter lucra et victorie et cetera taliū
In quorū ꝑsona dicit̄ iob·xxij·Circa cardines celi ꝑambulat nec nr̄a
considerat Et eccs·ix·Vidi sub sole nec velociū esse cursum·nec for
tium bellum nec sapientū panem·nec doctorū diuitias·nec artificū
gratiam·s̄ temp⁹ casumq; in omnibus ꝛc̄ ¶Quinto est arguend⁹·
quia non audit predicatorem penitentie Christus quotidie predi
cat per predicatores suos dicens·Penitentiam agite appropinqua
bit enim regnum celorum·math·iij·Et nisi penitentiaz egeritis om
nes simul peribitis·luc̄·xiij·Sed mundus dicit·Letare iuuenis in
adolescentia tua·eccs·xj·Item sap̄·ij·Eruamur bonis a iuuentute ce
leriter et non sit pratum quod nō ꝑtranseat luxuria nostra quoni
am hec est pars nostra et nō ē ag·qui sit reuer·ab inseris·Sed hoc

deberet eos magis terrere scz si nullus vnq̄z redijt de inferno·quia
signum est ꝙ omnes deuorat ¶ Sexto est arguendus·quia intelli
gentie lumen extinguit·Nam deus vult nos hoc intelligere ⁊ hoc
per scripturam suam docet ꝙ omnis homo est liber et potest bene
et male agere Ecc̄i·xv·Deus ab initio constituit hominem ⁊ reliq̄t
eum in manu consilij sui Item apposuit tibi ignem et aquam ad qd̄
cunq̄ volueris porrige manum tuam Et ante hominē vita ⁊ mors
bonum et malum·⁊ qui bene fecerit saluabitur·qui vero male ege:
rit condemnabit̄ Sed mundus dicit ꝙ omnia sunt p̄destinata et de
necessitate eueniunt·⁊ ꝙ deus ꝓpter opera nostra in sententia non
mutatur·Nu̅i·xxiij·Non est deus vt homo vt mētiatur·nec vt fili
us hominis vt mutetur Vnde quicūq̄z sunt presciti quidquid agāt
de necessitate damnabuntur Cuius contrarium dicitur hiere·xviij
Si penitentiam egerit gens illa a malo suo quod locutus sum ad:
uersus eam·agam ⁊ ego penitentiam super malo quod cogitaui
vt facerem ei Exemplu de niniuitis quibus p ionam dominus di:
xerat Adhuc·xl·dies et ni·subuer·Quorū penitentiam dominus re
spexit ⁊ non sunt submersi vt patet ione·iij·Sed mirum est valde
quia vt dictum est supra·mundus dicit ꝙ omnia casualiter eueni:
unt·et circa hec inferiora dei prouidentia non consistit·quomodo ꝯ
omnia necessario eueniunt·Cuius ratio est quia vnum malum alte
ri malo contrariatur vt prodigalitas illiberalitati·Sed bonuz nun
q̄z contrariatur bono·Et ido bonorum vna est sententia·sed sentē
tia malorum est diuersa·⁊ vna contrariatur alteri·Prouer·xj·Inter
superbos semper uirgia sunt ¶ Septimo arguendus est·quia con
temnit bona glorie·Deus nanq̄z promittit magnam gloriam cor
pori et anime se daturuz si homo caueat se a peccatis·j·Corinth̄·ij·
Quod oculus non vidit nec auris audiuit nec in cor hominis ascē
dit que prepa·deus his qui diligunt illuz·Luc̄·xxij·Ego dispo·vob̄
sicut dispo·mihi pater me·regnū·vt eda·⁊ bi·super men·me·in reg·
meo·Sed mundus hoc contemnit dicens·Cui bene est hic·etiaz be
ne erit in futuro·Scio quid habeo·sed nescio quid habebo·p̄s·Pro
nihilo habuerunt terram desiderabilem·Tren̄·j·Omnes amici ei⁹
scilicet mundi spreuerunt eam scilicet gloriam celi ¶ Octauo est ar
guendus·quia non timet penas gehene Deus enim minatur pec
catoribus magnas ⁊ intolerabiles penas·Esaie·xxxiij·capl̄o Quis
poterit habitare ex vobis cum ardoribus sempitermis·Psalmista
Ignis grando nix glacies spiritus procellarum·pars calicis eorum
De his omib̄ mūd⁹ nō curat·imo quod pei⁹ est oīa deridet Tren̄·
iij·Factus sum in derisum omī ꝓpl̄o·Et ido est arguendus merito

mundus ⁊ forti verbere corrigendus ¶ Quarto ponit secundū op⁹
siue effect⁹ spūssancti qui ē apl̄os in omnē veritatē inducē. Apl̄i
enim ex grossitate intellectus et ex tristicia magna que eos tūc tē-
poris deprimebat non poterant cape altam veritatem de christo et
de multis alijs necessarijs ad salutem. Et hoc est quod dicit. Adhuc
multa habeo vobis dicere. sed nō potestis portare modo. id ē. non
estis capaces ad ea intelligenda. sz spūssanct⁹ adueniens faciet vos
capaces omīs veritatis et plenos. amouendo scz duriciam intelle
ctus. fugando tristiciā corporis. et desup sapientiā infundendo. qz
omnis sapientia et verum a spiritusancto est. Damascenus. Omne
verum a quocunqz dicat̄ a spūsancto est. Et hoc est quod dicit̄. Cū
venerit ille spūs veritatis docebit vos omnem veritatez scz vite et
doctrine vie ⁊ patrie necessariā ad salutem. ita ꝙ sit distributō pro
generibus singulorꝝ ⁊ non ꝓ singulis generū vt dicit victor Quia
vt dicit aug̃. non arbitror in quoq̄z hoc posse impleri in hac vita vt
omnem veritatē sciat. cum apostolus dicat. nūc cognosco ex parte.
id est. imꝑfecte. ⁊ videmus nunc ꝑ spēm in enigmate. j. cor. xiij. Sz
spūssanctus omnē veritatem docet. qz ⁊ hic docz omnia necessaria
ad salutem. iuxta illd̄. j. ioh̄. ij. Vnctō e⁹ docebit vos d̄ omnib⁹ Et i
futo ad cognitōz dei ꝑducit in q̄ oīa ꝯgscūt̄. Gre. Quid ē ꝙ nesciat
q̄ videntē omnia videt. Docebit ergo vos omnē veritatem fidei scz
de vnitate ⁊ trinitate d̄i ⁊ de incarnatōne ⁊ vita christi ⁊ morte. d̄
creatōne ⁊ fine mundi. de angelis ⁊ animabus. de celo ⁊ mundo et
inferno. de peccatis et virtutibus. de sacramentis ecclesie. Et breuit̄
omnem veritatem ad salutē vestram vel aliorum necessariam vos
docebit. Non aūt docebit vos sophismata aristotelis. vl̄ ꝓpleumata
euclidis. vel leges aureliani. vl̄ cōmenta auerrois ⁊ cetera non ex-
pedientia ad salutē Vel aliter ea que sunt ad finē continētur virtute
in fine. sapiētia autē dei est finis omnis sapiētie ⁊ scientie. sap̄. vj. Co
gitare enim de illa sensus est consummatus. Et omnes scientie ser
uiunt ei sicut famule domine. Prou̅. ix. Sapientia edificauit sibi do
mum. excidit columnas septem ⁊ misit ancillas suas vt vocarent ad
arcem. Septē columne iste ⁊ ancille sunt scientie humane scz septez
artes liberales quibus sapientia dei ad suum ministerium tanq̄z an
cillis vtitur vt grammatica ad congrue loquendum. dyaletica ad
verum a falso discernendum. rethorica ad pulcre loquendum. ⁊ sic d̄
alijs. Et ideo spiritussanctus docendo apostolos dei sapientiam
docuit eos omnem veritatem cuiuscunqz sciētie. j. Cor. ij. Nō iudi
caui me scire aliud int̄ vos nisi christū iesuz. Et ne doctrina spūssan
cti eēt suspecta tanq̄z ꝓpria ⁊ singularis h̄ remouet dicens ꝙ non

loquet̃ a semetipso sup· singl'arit̃ sine patre ⁊ filio· ꝫ loquet̃ quecũq;
audiet scꝫ in trinitate· cui⁹ audire est scire et esse· vt dicit augustin⁹
Quia in trinitate diuina sunt ydee oim rerũ· et ideo deus videdo
et sciendo se videt et cognoscit omnia vt dicit aug⁹· Cum ꝯ in ore
duorum vel trium stet omne verbũ· et quecunq; spũssanctus dicit
pater et filius dicit· ergo eius doctrina est vera· Simili modo chri
stus de se dicit ioh· xij· Ego ex meipso non sum locutus· Et q; spiri
tussanctus est verus deus sic̃ pater et filius· ideo scit futura vt de⁹·
et ideo docuit eos futura mala et bona que sup eos erant ventura
et q; gentes ad eoꝝ p̃dicatõem ꝯuertende erant· et q; cum gloria
martirij ad deũ redituri erant finaliter coronandi· Et hoc est quod
dicit· Et que ventura sunt annunciabit vobis· Et sic patet quartũ ¶
Quinto ponit̃ terciũ opus siue effect⁹ spũssancti· quod est christuꝫ
clarificare· Erat em̃ tunc tpis xp̃c valde obscurus in cordib; apl'oꝝ
et alioꝝ· q; nec ip̃m nec eius opa cognoscebant· ꝓpter quod christ⁹
ait petro math· xvj· Vade post me sathanas· quia nõ sapis ea que
dei sunt· Nec ergo clarificatio in hoc fuit q; spũssanctus sup omnes
apostolos veniens fecit eos cognoscere et credere et predicare q;
christus erat verus de⁹ et verus homo ꝓ salute humana incarna:
tus et passus· quod ante nõ cognoscebant· Item spũssanctus clari:
ficauit christũ non solum respectu apostoloꝝ· sed etiã respectu to
tius mundi· inq̃ntum dedit apostolis et etiam alijs sanctis virtutẽ
faciendi in nomine christi miracula et potestatem sup omia demo
nia et sup omnẽ creaturã· ꝓpter quod christus in magna reueren:
tia vt verus deus est habitus a toto mundo et adoratus· et p con:
sequens clarificatus· Item clarificauit christũ· q; in virtute nominis
eius totum mundũ ydolatrie deditum ad fidem christi ꝯuertit· qd̃
solus deus facere potuit· vt dicit aug⁹· Actu· iiij· Neq; em̃ nomen
aliud est sub celo datum homib; in quo oporteat nos saluos fieri·
Item clarificauit christũ· q; homies p diuersa vicia et diuersos erro
res dispersos· ad vnam fidem vnũ baptisma et ad vnã christi ecclesi
am reduxit et adunauit· joh· x· Alias oues habeo que nõ sunt ex h̃
ouili et illas oportet me adducere· et fi· v· o· et v· pa· ¶ Carissimi si R
volumus scire si spũssanct⁹ habitet in nobis· et operet̃ nobiscũ· cla
rificemus christũ vt apostoli· q; hec clarificatio vsq; ad finez durabit
Et p̃mo clarificemus eum p veram fidez· que p opera demonstret̃
q; vt dicit̃ iac· ij· Fides sine opib; mortua ẽ· Et ido clarificari nõ põt
Secũdo clarificem⁹ eũ vt i noie ei⁹ miracula opemur· q̃ tũc facim⁹·
q̃n i igne carnalis ꝯcupie nõ cõburimur· q̃n in aq̃s tribulatõnũ nõ
submergimur· q̃n demonia expellim⁹· nec ab eis supamur· et q̃ndo

creaturis oibꝫ domiamur· Oia ista magna miracula sunt ⁊ ea non
nisi in dei vtute possum⁹ opari· Ecci· xxxj· Quis ē hic et lau·eū fe·e·
mi·in vi·s· ¶ Tercō clarificem⁹ eū·vt peccatores diuersis peccatorū
ydolis seruientes·vt auar⁹ pecunie·et gulosus ventri·et sic d̄ alijs
iuxta illud ad phil· iij· quoꝝ deus venter est·p p̄dicamenta verboꝝ
et exempla bonorum operum ad deū salubriter ꝯuertamus· Ia·v·
Scire debet·quoniam qui conuerti fecerit peccatorez ab er· vi·s·sal·
ani·eius a morte et operit mł·peccatorum· Quod ad dei gloriā spe·
ctat· Quia vt dicit aug· Nullum maius sacrificium placet deo q̄z sa
lus animarū· ¶ Quarto clarificem⁹ eum vt in vnitate cordiū et vo
luntatum·in vinculo pacis et dilectōnis inuicem habitemus· Eph·
iiij· Solicite seruare vnitatem spūs in vinculo pacis sic vocati estis
in vna spe vocatōnis vestre·vnus domin⁹·vna fides·vnum baptis
ma· Actu·iiij· Erat illis cor vnū et anima vna in dono spūs·p̄s· Ecce
q̄z bonū et q̄z iocundū habitare fratres in vnū· Et sic patet totum

lv·

¶ De epistola sermo

OMne datum optimū·et omne donum pfectum desur
sum est ꝛc· Iaco·j· In hac epistola beatus iacobus indu
cit nos ad cognitōnem bonorum et donorum que a do
recepimus ⁊ per consequens ad dei amorem nos allicit
et inducit·quia exquo optima queq̄z nobis a deo donant· ad deum
diligendum maxime incitamur·quia munera et dona recepta inci
tatiua et causatiua sunt dilectōnis· Durus em̄ est animus qui et si
nolit dilectōnem impendere saltem nolit rependere· Nulla autem
est maior inuitatio ad amandum vt dicit bern̄·q̄z p̄uenire amando·
Dum ergo ostendit ꝙ omnia bona sunt a deo et ipse hominibus
abundanter tribuit et nō improperat·nos valde ad amorem eius
accendit· Hoc ḡ in hac epistola demonstrare intēdit· In qua quidē
epistola quattuor principaliter ostenduntur· Primo enim beatus
iacobus ostendit ꝙ omnia bona a deo emanant· In principio epi
stole· Secundo ostendit ꝙ hec bona deus gratis nobis donat·ibi·
Voluntarie em̄ genuit nos verbo veritatis· Tercō exquo tot bona
nobis donat·eius doctrinam audire nobis mandat ibi· Sit autem
omnis homo velox ad audiendum ꝛc· Quarto ad recipiendum cū
effectu eius verba similiter nobis imperat ibi· Propter quod abij
cientes omnē immundiciam et abundantiā ma·m masuetudine su
insi·ver· ¶ Primo ergo ostendit ꝙ omnia bona nobis a deo ema
nant d· Omne datū optimū q̄ntum ad virtutes ⁊ spūssancti dona

et omne donū pfectū q̄ntum ad bona glorie desursum est· Optia
enim q̄ in vita ista haberi possunt sunt virtutes ⁊ spūssancti dona·
Sed bonū pfectum cui nihil deest quod deus gratis nobis donat
est vita eterna· Ro· vj· Gratia dei vita eterna· Titū· iij· Nō ex opi-
ius que fe· ii· ꝫ ꝯm su· mi· sal· n· fe· ¶ Omne g̊ datū optimū ⁊ donum S
pfectū a deo est· Et hoc pōt triplicit̄ exponi· ¶ Primo q̄ntū ad ip-
sas res in seipis consideratas· Quedā em̄ sunt bona que habent so-
lum esse· vt corpa supiora ⁊ elementa ⁊ lapides et ista sunt bona·
Quedam habēt viuere ⁊ sentire· vt aialia et ista sunt meliora· Que
dam habent esse viuere et intelligere· vt homo et angelus· et ista
sunt optima· quibꝫ deus pfectū donū donauit scꝫ vitā beatā que de
us est· Quia vt dicit phs· Perfectū est cui nihil deest· qd̄ solū est vi
ta beata· Perfecta aūt in genere suo multa sunt· Sed pfectū simpli
citer et bonū non est nisi deus· Math· x· Nemo bonus· i· pfectus
nisi deus· Omnia g̊ supradicta sunt a deo· que omnia p se sunt bo
na· ꝫ ad inuicē ordinata sunt optima· Et ideo de singul̄ dicit̄ in gen̄·
p̄mo· Vidit deꝰ q̄ ꝛc· Et postea de omibꝫ simul dicit̄· Vidit deꝰ cun
cta que fecerat et erant valde bona· Et sic patet q̄ omnia sunt a d̄o
¶ Secundo pōt exponi q̄ntū ad bona q̄ homibꝫ a deo dant̄ Quedā
ei sunt bona vt bcā fortūe scꝫ diuitie et dignitates· q̄dā sunt melio
ra vt bona nature· scꝫ sanitas· fortitudo· ingeniū et similia· quedam
optima vt virtutes ⁊ dona spūssancti· Heb· xiij· Optimū est gratia
stabilire cor· Sed glorie bonū est bonū pfectū vt dictū est supra·
Omnia eniꝫ hec bona dant̄ a d̄o homibꝫ· ps· Omia subie· sub· pe· eiꝰ
ꝛc· Quia cū bona fortune ordinent̄ ad bona nature· et bona nature
ad bona gratie· et bona gratie ad bona glorie et ea que sunt ad finē
includunt̄ in fine· ideo in dato optimo et dono pfecto omnia bona
intelligunt̄· ¶ Tercō pōt exponi q̄ntū ad ip̄m deū g̊tis nos ad bo
num pducentem· Nam q̄ deus nos creauit fuit bonum· ꝫ q̄ nos
redemit et in filios p spūssancti gratiam adoptauit fuit melius· ꝫ
q̄ nos in corpore et anima beatificauit hoc est donum optimum ⁊
donum pfectum· Quia vt dicit aug̊· Homo est creatus vt cogno-
sceret deum p bonum nature· et cognoscendo amaret p bonū gra
tie· et amando possideret et frueretur per bonum glorie· Et qui do
nat aliquid donat omnia sine quibus illud haberi non potest· ideo
deus dando nobis datum optimum et donum perfectum· id est·
seipsum· omnia nobis bona donauit· Ro· ¶ Quomodo etiam cum
illo non oia nobis donauit· Omnia ergo bona sunt a deo p̄re· Re
cte g̊ dicit· Omne datū optimū et omne donū pfectū desursum ē
descendens· i· per gradus pcedens· q̄ in collatōne bonoꝝ gradus

seruant vt dictū est· A patre luminū· Pater luminū est ipe deꝰ· q̄ ē
pater lumīs nature· p̄s· Signatū est sup nos lumē vultus tui dn̄e·
Item est pater lumīs gratie quo sedentes in tenebris illumiauit·
Esa·lx· Surge illumiare hierusalē q̄ venit lux tua ꝛc Idē ix· ꝓpꝰ
qui ambulauit ī tenebris vidit lucē magnā· Item est pater luminis
glorie· p̄s· In lumīe tuo vide· lumē· Et ne credat sic est varietas in
bonis creatis· ita sit varietas ī d̄o patre oīm creatore addidit apd̄
quē nō est transmutatio· q̄ sp idem manens omīa opat· Boec· Im
mobilis stabilisq̄ manens dans cūcta moueri· Malach· iij· Ego do
minus et nō mutor· Nec etiā apud deū est vicissitudinis obumbra
tio· vt scz modo det bona· modo mala· Mala em̄ obumbrant et in
vmbra fiunt et ad vmbras inferni ducunt· joh· iij· Omīs em̄ qui ma
le agit odit lucē· Math· xxij· Ligatis manibꝰ et pe· mit eū in tene
exte· Deus ḡ nunq̄z obumbrat p malū· q̄ nec malū vult nec malū
opat· nec malū infert nisi malū pene· Amos· iij· Nō est malū ī ciui
tate qd̄ dn̄s nō fecerit· Et sic pz q̄ inter bona p̄sentis vite nulla opti
ma sunt nisi bona gratie scz virtutes et bona spūssancti· Et q̄ totus
mūdus hic errat reputando bona nature et bona fortune optima
bona· bona vero gratie ꝓ nihilo habet· ¶ Probemus hic q̄ bona
gratie sint optima bona· q̄ vt dicit quidā sapiens· Rōnalis nature
vera pfectio est vnāquāq̄ rem tanti existimare quanti habenda ē·
T Seneca· Maxime necessariū est precia rebꝰ imponere· ¶ Q̄ aūt vir
tutes et dona spūssancti sunt bona optima pz ex quattuor· ¶ Pri
mo ex pte dantis q̄ a solo deo dant· Aug· Virtꝰ est bona qualitas
mentis quā deus nobis sine nobis infundit· Exemplū de papa qui
semp sibi magna reseruat· vt facere cardinales· ꝯuocare conciliū· et
similiter quidā alij domī faciunt· Excellentia ḡ virtutū ex hoc patet
q̄ eas deus sibi soli reseruat ad eas hōmibꝰ largiendū· nec alicui eas
dare cōmisit· Eph· ij· Saluati estis p fidē et hoc nō ex vobis· dei enīz
donū est nō ex opibus· Omīa vero alia bona deꝰ creaturis cōmisit
vt soli illumiare· lune humectare· igni calefacere· terre fructꝰ ꝓdu
cere· ⁊ sic de alijs· Iustificare aūt impiū quod fit p gratie ⁊ virtutū
infusionē solus deus facit· Esa· xliij· Ego sum qui deleo iniquitates
tuas ꝓpter me· ¶ Secundo idē ptz ex loco vnde veniūt· q̄ d̄ celesti
patria optimo loco· Optimꝰ aūt locus optima ꝓducit· De celo au
tem veniunt optima bona corporalia vt lux calor et motus· p que
omnia producuntur et conseruantur in esse et viuunt· Cum ergo
vt hic dicitur virtutes et dona de celo veniant meliori loco mundi
ex loco optimo vnde veniunt patet eorum perfectio· Exemplum
de emptoribus qui interrogato de loco credunt statim bona esse q̄

ibi nascunt vel fiunt. Idem patz de naui venienti de oriente et de
ultramarinis ptibꝫ. de qua p̄sumit ꝙ optimis sit onusta ¶ Tercio
idem apparet ex pte psonarum quibus dona et virtutes donātur
quia solum sanctis et filijs dei regis eterni dant. Ioh. xiiij. Ego ro
gabo patrem et alium paraclitū dabit vobis in quo et cū quo om
nes virtutes et dona donant. dabit inquit vobis qui estis a deo in
filios adoptati et ad regnum eternū electi. Ioh. xv. Ego vos elegi
de mundo. Alia vero dona dant omibꝫ ꝛ bonis et malis. Math. v.
Qui solem suū oriri facit sup bonos et malos. Virtutes vero et do
na solum p̄electis ad vitam eternā dant. Math. vij. Nolite sanctū
dare canibus neq; mit. margari. ve. ante por. Purpura sup omēs
pānos excedit. quia olim soli reges ipsam induere poterant ꝛ por
tare. ¶ Quarto idem patet ex parte scripture que mentiri nō pōt.
Nam vetus et nouum testamentū et omnes sancti doctores per
suadent et mādāt vt virtutes sup omīa amplectamur. et bona alia
contemnamus. Math. vj. Querite p̄mū regnum dei et iusticiā eiꝰ
Col. iij. Sup omnia caritatem habete. j. Ioh. ij. Nolite diligere mū
dum neq; ea que in mundo sunt. Sex alias ratōnes ad hoc idē re
quire infra dominica. xviij. post festum trinitatis in sermone d̄ epi
stola. Et sic patet p̄mum. ¶ Secundo ostendit ꝙ omnia bona deus
gratis nobis dedit et dat. Et hoc est quod dicit. Voluntarie em̄ id
est. gratis genuit nos in filios adoptōnis vt scz simus heredes bo
norum eius. Quia vt dicit ad ro. viij. Si autem filij et heredes. here
des quidem dei. coheredes autem christi. ij. Pet. j. Per quem maxi
ma ꝛ preciosa nobis promissa donauit. Genuit ergo nos verbo ve
ritatis in baptismi collatōne. in quo accedit verbum ad elementuꝫ
et fit sacramentū vt dicit augu⁹. cum dicit. Ego te baptizo in nomi
ne patris et filij et spiritussancti. In h̄ g̊ verbo veritatis scz quod
ipsa veritas instituit nos deus generat. Nam in baptismo quedaꝫ
spūalis generatio celebrat. Et ad hoc significandū sup christū bapti
satum venit verbū dei de celo dicens. Hic est filius meus dilectus
math. iij. Hec autem generatio necessaria est ad habendū bona dei
Ioh. iij. Oportz vos nasci denuo. Quia nisi quis renatus fuerit ex
aqua et spū. sancto nō pōt intrare regnum dei. Titū. iij. Secdm mise
suā sal. n. fe. p la. reg. et reno. s. s. Itē genuit nos verbo veritatis in
doctrine et vite īformatōe. qꝛ mlta dixit et fecit. i q̄bꝫ tota vita nr̄a
salubrit informat. Math. xj. Discite a me qꝛ mitis sum ꝛ hūilis cor
de. Io. xiij. Exēplū ei dedi vob vt quēadmodū ego feci vobis ita et
vos faciatis. Istis duobꝫ modis dicit aliquis pater spūalis alicꝰ scz i
baptismi collatōne. et in doctrine et vite informatōne. j. Cor. iiij.

In christo iesu p euangeliū ego vos genui· Et idē gal·iiij· Filioli
mei quos iterꝝ pturio donec formet xp̄c in vobis· Titū·j· Tito dile
cto filio ꝑm cōmunē fidē que scz in baptismo infundit· gratia et pax
Istis g̊ duobꝫ modis dn̄s nos generauit vt essem⁹ aliquod initiū
creature dei·i· vt essem⁹ initiū gratie inter homies· Nam creatura
dei et p̄cipue homo est ad imaginē dei fact⁹· vtz gen̄·j· Propterea
dn̄s nos genuit verbo veritatis in baptismo et doctrina vt simus
initiū creature eius·i· vt simus p̄micie gratie spūssancti inter omēs
homies mundi ad habendū datū optimū et donū perfectū·i· bona
gratie et glorie dei· Apl̄i em̄ et eoꝝ sequaces· qui p apl̄os sunt cō
uersi· quibꝫ tūc iacobꝫ loquebat· fuerunt p̄micie christi· qꝛ p̄mo fidez
et doctrinā christi per spm̄sanctū receperūt· Ro·viij· Nosipsi p̄mi
cias spūs habentes· glo· tempore et dignitate·ij· Thes·ij· Debem⁹
gratias agere deo qui nos elegit p̄micias in salutē in sanctificatōe
spūs· Initiare autez ponit ꝓ dedicare et ꝯsecrare et renouare· Per
hanc g̊ geniturā initiat nos deus in creaturā nouā·i· in filios ado
ptiuos·ij· Cor·v· Si qua noua creatura in christo· vetera transie
runt· g̊ in christo iesu neqꝫ circūcisio aliqua valet neqꝫ prepuciū· sed
noua creatura· vt dicit apl̄s gal·vj· Et dicit initium aliquod· qꝛ hic
initiamur in parte p gr̄am dei· qꝛ tm̄ in anima· ꝫ in futuro initiabi
mur in toto scz per gloriam anime et corporis· Esa·lxj· In terra sua
duplicia possidebunt· Et sic ptz secundū ¶ Tercō ex quo tot bona et
talia nobis fecit· inducit nos ad eius precepta ⁊ doctrinam solicite
audiendum d· Sit autē omnis homo velox ad audiendū scz prece
pta et doctrinam christi· Inter ceteros em̄ sensus auditus magis
discipline deseruit vt dicit ph̄s· Ecc̄i·vj· Si dilexeris audire sapiens
eris· Prou·j· Audiens sapiēs sapientior erit· Sed ad quid audiendū
sit omnis homo velox· Ad audiendū vana ⁊ mala· Certe non· Ecc̄i·
xxviij· Sepi aures tu· spi· et noli· au· lig· nequā· Quia vt dr̄·j· cor·xv·
Corrumpunt em̄ bonos mores colloquia praua· Sed sit velox ad
audiendum verbum dei doctrinā sanam ⁊ vtilem· Gre· Nullū ado
euidens p̄destinatōnis signū est vt libenter audire verbū dei· Lu·
xj· Beati qui audiūt verbum dei ⁊ custodiunt illud· Sed nō sic est
de loquela sicut de auditu· qꝛ debet esse omnis homo tardus ad lo
quendum· qꝛ in multiloquio peccatū non deerit· ꝓuer·x· Hanc autē
tarditatem ostendit natura in eo ꝙ dedit homī omnes sensus ge
minatos vt duas aures· duos oculos· et sic de alijs· sed solum vnaz
linguam· et hanc conclusit duplici muro scz labijs et dentibus· Pro
pterea petebat ꝓpheta dicens· Pone domine custodiam ori meo·
V et osti· circū· la· me· Vbi nota ꝙ q̄ttuor in locutōne obseruare dem⁹

Primo vt raro et parum loquamur· Eccī·xix· Est tacens et ipe est
prudens· Et infra·xx· Qui aūt procax ē ad loquendum odibil erit·
Seneca· Tardiloquū te esse iubeo et ꝓpe erit tibi deus· Secūdo vt
horam apti temporis obseruemus· Eccī·xx· Est tacens nō habens
sensum loquele· et est tacens sciens tpus apti temporis· Prou·xxv·
Mala aurea in lectis argēteis qui loquit verbū in tpe suo· Eccī·xx·
Ex ore fatui reprobabit parabola· nō em̄ dicit illā ī tempe suo· Ter-
cio vt dum loquimur· bona et vtilia loquamur·j· Pet·iiij· Si quis
loquit quasi sermones dei· Esa·xlvj· Ego domin⁹ deus tuus docēs
te vtilia· Quarto vt vere et non ficte et adulatorie loq̄mur· Prou·
viij· Veritatem meditabit guttur meū et labia mea detestabuntur
impiū· In eodem·xxix· Qui blandis fictisq; sermonib; loquit ami-
co suo· rete expandit gressibus eius· Esa·iij· Popule me⁹ qui beatū
te dicunt· ipi te decipiūt· Gre· sup illo verbo luc·ix· Sine mortuos
sepelire mortuos suos· Tunc mortui mortuos sepeliunt· qn̄ pecca
tores fauorib; peccatores p̄munt· Silr sic homo tardus dz eē ad
loquendū· ita tardus debet esse ad iram· ne tam de facili irascat· imo
nunq̄z si possibile est nisi sit ira per zelum· vt qn̄ irascimur malis et
peccatis hoīm et non homib; ps· Irascimini ⁊ nolite peccare· Aug·
Aliud est em̄ odisse quod faciūt· et aliud odisse quod facti sunt Sic
irascit pater filio· Sic iratus est phinees ꝯtra sambri et scortum ma
dianitem· qn̄ intrauit lupanar et arrepto pugione pfodit ambos
in locis genitalibus· Nūi·xxv· Sic christ⁹ p talē zeluz iratus est· qn̄
facto flagello de funiculis eiecit ementes et vendentes de templo
Ioh·ij· Vnde ibi sequit ꝙ discipuli recordati sunt qꝛ scriptuz est· Ze
lus domus tue comedit me· Et quare irasci n̄ debem⁹ assignat rōnez
dicens· Ira em̄ viri iusticiā di nō opatur· Ira viri dicit q̄ irascimur
hominib; siue deo siue dyabolo siue nosmetipsis· Talis ira est vnū
de septem capitalib; vicijs· et pōt esse mortale vel veniale peccatū·
Nam si ira est leuis vel p̄uenit iudiciū rōnis et cito transit pecca-
tum veniale est· Si em̄ sit fortis ira et a rōne deliberata et pmanet·
et est ꝯtra ꝓximū eius· mortale peccatum est· et ideo iusticiā dei n̄
operat sed iniusticiā· Sed ira p zeluz meretur· Nam phinees p zelū
ipsius ire meruit sacerdotium sempiternū et placauit iram dei· vtz
ibidem· Et sic patet tercium ¶ Quarto inducit nos ad dei verbum
et doctrinam cum effectu recipiendū dicens Propter quod abijci
entes omnem immundiciā et abundantiam malicie· Et qꝛ verbum
dei est totum sanctum et purum· ideo oportet nos esse mūdos ad
audiendum ipsum et recipiendum· Quia vt dicit sap·j· Non ha in

cor·sub·peccatis·Hiere·iiij· Nouate vobis nouale et nolite serere
inter spinas· Et ideo oportet nos omnem immundiciā deponere
q̄ntum ad peccata carnalia·et abundantem maliciam q̄ntum ad pec
cata spūalia q̄ peccata carnalia magis sunt immunda q̄z spūalia· s̄z
spūalia maioris ponderis extant· Vel omnem īmundiciam dicit q̄n
tum ad peccata ꝓpria que īmundam faciunt animā ⁊ deformē·ab
undantiam autē malicie dicit q̄ntum ad peccata que contra deū et
ꝓximum directe cōmittunt· Tunc em̄ malicia abundamus quan:
do eam vsq̄z ad ꝓximum extendimus·vel in deum directe pecca:
mus· Sic ergo mundati a peccatis in mansuetudine et tranquillita
te mentis debemus insitum verbum recipere·id est·christū qui est
insitum verbum humane nature·sicut surculus p̄electus trunco sil
uestri·Ioh·j· Verbum caro factum est et habita·in nobis·Qui trū
cus ante amaros fructus ferebat· Nam anteq̄z verbum dei huma
ne nature insereret·nō ꝓducebat fructus dignos penitentie·sed ꝑ
insertōnem translata est in deum sicut transfert truncus in naturā
surculi·⁊ fec̄ fructꝰ dulcissimos in vitam eternam ducētes·Ioh·xij·
Ego si exaltatus fuero a terra omnia traham ad meip̄m·j·Ioh·iiij·
Nos scimus quoniam translati sumus de morte ad vitam·Hoc g̊
verbū sic insitū et vnitū nobis· debemus deuote ꝑ fidem et amore
suscipere interius in corde·et exterius in ope·vt referamus fructꝰ
ei conuenientes sicut in eum translati sumus· Vel suscipite insitum
verbum·id est·verbum euangelij predicatum vobis a nobis d̄ in
sito verbo dei·id est·de verbo dei incarnato·quod verbū est insitū
cordi nostro sicut ramus trunco qui conuertit truncū in naturam
sui· Sicut em̄ truncus anteq̄z inserat ei ramus facit fructus asperos
et amaros aptos solum porcis·sic homo anteq̄z recipiat verbū dei
in corde·facit opa aspera solum demonibꝰ apta·sed postq̄z verbū di
insertum fuerit menti eius ꝑ amorem ⁊ fidem facit fructus dignos
penitentie·⁊ est arbor dei in medio paradisi afferens fructus duo:
decim·id ē·duodecim opa misericordie vt dicit apoc̄·xxij· Debet g̊
verbum dei esse insitum cordi nostro vt ramus veteris conuersatōis
abscidat a trunco cordis·⁊ nouus inserat qui renouet de die in die
Ro·xj· Tu autē cum oleaster esses insertus es in bonam oliuam·id
est·in bonam gratiam ⁊ misericordiam· Verbum g̊ dei pure ⁊ deuo
te acceptum·pōt cum effectu animas nostras saluaē·quia ip̄as q̄ti
die saluat ⁊ ab omni morte liberat·Ioh·viij· Si quis sermonez me:
um seruauerit mortem non gustabit in eternum Actuū·xiij· Vob
qui ti·de·verbum salutis missum est· Dicit autē potest·ne libertas
arbitrij excludat·quia non saluat nisi volentes· Et ideo verbum dei

potest nos saluare si ei ꝯsentimus· alias penitus non saluat· Heb·
v· Eactꝰ est oibꝫ obtꝑantibꝫ sibi causa salutis eterne· Et sic ptꝫ quartū

Dominica quarta de euangelio sermo lvj·

Amen amen dico vobis si quid petieritis patrem in nomine meo dabit vobis· Ioh· xvj· Quia christus inq̄ntū homo est aduocatus hominū apud patrem in curia celi· vt dicit· j· Ioh· ij· Aduocatū habemꝰ apud patrem iesum christum iustum· Qui qn̄ hec verba dixit post cenā in die iouis statim et in breui erat ab apostolis recessurus et ad curiam patris iturus· Ideo in verbis p̄missis christus docet apostolos et inducit ad petendū et formandū petitōnes suas ad patrem· Petite inquiens Que parabola est tempis instātis· Quia ſm rep̄sentatōem ecclesie aduocatus et frater noster christus· in breui est iturus ad celuꝫ· vbi facta nostra examinant̄ et iudicant̄ et vnde nobis omīa bona proueniunt· Iaco· j· Omne datum optimū et omne donū ꝑfectum desursum est· Et ideo christus in verbis p̄missis in ꝑsona apostoloꝝ nos hortat̄ et docet petitōnes nostras formare· qꝛ ip̄e est eas p̄ri fidelit̄ porrecturꝰ· ac etiā effectui mandaturus· Vn̄ ait· Amen amē dico vobis ꝛc· petite et accipietis· In quibꝫ verbis quattuor ꝯtinētur· Primo diuina largitas demonstrat̄ et nostra negligentia redarguit̄· qꝛ inuitat nos ad petendū et omnia dare ꝓmittit· In p̄ncipio euangelij· Secundo tꝑus claritatis et obscuritas circa christi opera insinuat̄ ibi· Hec in ꝓuerbijs locutus sum vobis· venit hora cum iam nō in ꝓuer· lo· vo· Tercio magna virtus ꝑfecte orōis innuitur ibi· Et non dico vobis qꝛ ego patrem rogabo de vob̄ Quarto apl̄oꝝ intelligentia fuisse erecta ad christū declarat̄ ibi· Ecce nūc pa· lo· et ꝓuer· nul· di· nunc cog· qꝛ scis omīa· Primo g̊ diuina largitas demonstrat̄· que patet q̄ntū ad quattuor· Primo qꝛ iurat omnia petita largiri· vt petere non debeamus dubitare· Amē amē inquit· qui est modus iurandi in nouo testamento· In veteri testamento iurabat deus ꝑ seip̄m· Gen̄· xxij· Per memetipsuꝫ iuraui dicit dn̄s· Gal· vj· Abrae nanq̄ ꝓmittens deus cū non haberet maiorem ꝑ quem iuraret ꝑ semetip̄m iurauit Secundo qꝛ docet vnā christi vt faciliter impetremꝰ· Si quid inquit petieritis patrem in nomine meo ꝛc· p̄s· In nomine dei nostri inuocabimꝰ· Actuū· iiij· Non est aliud nomen sub celo datū hominibꝫ in quo oporteat nos saluos fieri· Propt̄ qd̄ dicit̄ esa· xxvj· Dn̄e nomē tuū et memoriale

tuū ꝫ desiderio anime·Tercio qꝫ ꝯuitat et ꝯstigat ad petendum
vt nō verecundemur·Petite ꝯquit·Homines dūntes questuarios
fugere solent·Sed christꝰ ꝯuitat·Matḥ·xi· Venite ad me omnes
qui laboratis et onerati ꝛc·Ioḥ·vij·Stabat ihesus et clamabat·si qs
sitit veniat ad me et bibat·Apoc·iij·Ego sto ad hostium et pulso·si
quis aperuerit mihi ꝯtrabo ad illū sup·portans mecū omia bona
Ad ro·viij·Quomō nō etiā cum illo omia nobis donauit· Quarto
qꝫ optima bona ꝓmittit scz gaudiū plenū vt libenter petam⁹·Peti
te ꝯquit et accipietis vt gaudiū vestrū sit plenū·ij·Pet·i·Per que
maxima et ꝑciosa ꝓmissa nobis donauit·Hic mies mūdi dant pau
peribus solū peiora ut panē et vinū ꝛ vestes fractas ꝛ omnia pu
trefacta· Sicut cayn obtulit deo quecunqꝫ peiora et abel meliora
Et ideo respexit deus ad abel ꝛ ad munera eius· ad cayn aūt et ad
munera eius nō respexit gen·iiij· Quia talia data deꝰ modicū acce
ptat·Sed deꝰ dat optima·Quia vt dicat bern·Animā ad imaginem
suā creauit·angelos ad nostrū seruiciū deputauit·gr̄am et virtutes
ad merendū vitaz eternam nobis donauit·filiū suu ad nos liberan
dum et redimendū nobis transmisit·celū ꝛ gr̄am suā nobis prepa
rauit·corpa nostra putrefacta glorioſa resuscitabit·Ecce optima et
ꝯmenatrabilia bona·Hic cadit exemplum de alexandro qui petitus
vt daret vnā domū dedit ciuitatē · In centuplo plus facit christꝰ.
Isa·lxiiij·Oculus nō vidit nec auris audiuit ad scz te· que prepara
sti diligenby te·Propter qd admirat dauid dicens·Quid est homo
qꝫ memor es eiꝰ ꝛc· Gloria ꝛ honore coronasti eū dñe et constituisti
opa ma·tuarū·omia subiecisti sub pedibꝫ eius·Et sic dūia largitas
patz ex ꝗttuor ꝓpter que omnia nostra negligentia est valde redar
guenda·Augu⁹·Erubescat humana pigricia·plus vult ille dare qꝫ
nos accipere·plus vult misereri qꝫ nos a miseria liberari·Debemus
ergo orando petere·ꝛ petendo orare·Carissimi hec dies bonum nun
cij est·in qua dicit·Petite ꝛ accipietis· O si diceret mortuis ꝑ ver
bum quale gaudiū haberēt·ſ eis nō dicit·Vnde illet ures iam sunt
plus qꝫ mille anni qꝫ petijt guttā aque ꝛ adhuc nō habuit·Et ideo ni
effugiem⁹ iudicium dei·si tantā neglexerim⁹ salutem· vt dicit apls
heb·ij·Que negligentia magis aggrauat·si consideremꝰ qꝫ sumus
in multis miseriis et periculis constituti·Apoc·iij· Nescis qꝫ tu es
miser et miserabilis ꝛ paup et cecus ꝛ nudus·Et ideo necesse habe
mus nō solū orando petere sed clamare·i·Mach·iiij·Et nunc clame
mus in celū et miserebit nostri deus noster·Tria em̄ solent homi
esse occasio clamandi scz ignis·aqua et hostes·Hec tria omi die nos
incitant ad clamandū· Nam ignis carnalis ꝛcupiscentie semp nos

comburit·Ro·vij·Video aliā legē ī mēbris meis repug·le·mē·mee
et captiuantē me in lege miserie et peccati·Iob·xxxj·Ignis est vsq;
ad consummatōem deuorans·Aque tribulatōnū vndiq; nos circū-
dant·ps·Saluū me fac dñe qm̄ intrauerūt aque vsq; ad aīam meam
Infix·sum in li·pfun·Et sequit·Laboraui cla·ra·fac·sunt fa·me·Gre-
pic·ex ge·pic·ex gen·ꝛc Propter que omīa dicit salomō eccs·iiij·Et
laudaui magis mor·q̄z viuen·Itez hostis infernalis quotidie nos
insequit·j·Pet·v·Aduersarius vester dyabolus tanq̄z leo rugiens
cir·q̄·q·deuo·ꝛc·Clamem⁹ ḡ fortissime Esa·lviij·Clama ne cesses·qr
nō cessant qui te infestant·cū vero cessauerint sile ¶ In fine isti⁹ mē
bri nota duo circa orōem scz quō sit orandum·et que impediūt ora
tionē exaudiri Circa pmū nota q̄ decē ꝯdicōes debet habere ora
tio pfecta ¶ Primo em̄ orō debet fieri cū fiducia impetrandi·Iac·j
Postulet aūt in fide nihil hesitans Fides em̄ multū facit ad impe-
trandum Mar·ix·Si potes credere·omīa possibilia sunt credenti·
Math·viij·Vade et sic̄ credisti fiat tibi ¶ Secundo debet fieri cū re-
uerentia Eccī·xxxij·Pro reuerentia accedet tibi bona gratia Aug·
Citius exaudit vna oratio obedientis q̄z decem milia ꝯtemnentis
Sic reuerent orabat chananea que veniens adorabat christū math
xv·et ideo fuit exaudita Sic reuerenter petebat ille tercius q̄nqua
genarius helye vt nō despiceret animā suam·et ideo nō fuit combu
stus sicut alij duo·iiij·Reg·j·Nota hic q̄ quidā sunt sic̄ milites pila
ti qui genuflectebant et pcutiebant christū· sic multi genuflectūt
et pcutiunt christū in peccatis suis imo crucifigunt vt dicit apl's ad
heb·vj·Rursum crucifigentes sibimetipsis filium dei ꝛ ostentui ha
bentes ¶ Tercio debet esse decens vt petat decentia a deo Aug⁹·
Oratio est petitio decentium a deo Iac·iiij·Petitis ꝛ n̄ accipitis eo
q̄ male petatis Nater filioꝝ zebedei nō fuit exaudita eo q̄ petiuit
indecenter·qr ex parētela voluit filijs regnū dī dari Math·xx·Ne-
scitis quid petatis Vbi nota sm aug·tria sunt genera bonoꝝ scz in
fima·media·et suprema Infima sunt bona nature et fortūe que sunt
bonis et malis cōmunia Hec nō debem⁹ simpliciter a deo petere·
sz sub condicōne scz si expediant et psint Aug⁹·Si tempalia petitis
cum modo petite et cū timore·et illi cōmittite vt si psint det·si aūt
scit obesse nō det Quid aūt psit et obsit medicus scit ꝛ nō egrotus
Hec etiā debem⁹ cū moderamīe petere Prou·xxx·Diui·ꝛ paup·
ne·de·mi·sz tan·vic·m·tri·ne·Math·vj·Panē nostrū quotidianū da
nobis hodie·j·Thi·vj·Habentes alimenta et quibꝫ te·his contenti
simus Media sunt bona gratie scz virtutes ꝛ dona spūssancti que

solum bonis insunt· Hec debemus simpliciter et feruenter petere·
Luc·xj· Petite et dabit vobis querite et inuenietis· pulsate et ape-
rietur vobis· Suprema sunt bona glorie· Hec tanq̄z finē omnium
petere debem⁹· et tanq̄z pfectū bonū· Ioh·xvj· Petite vt gaudiū
vestrū sit plenū· Bern· Reuera illud est plenū et pfectū gaudium
qd̄ nō de creatura ꝫ de creatore ꝯcipit· qd̄ cū possideris nemo tol-
lit a te· cui omīs aliūde iocunditas compata meror est· omnis sua-
uitas dolor· et omne dulce amaꝝ· et omne decoꝝ fedū· ¶ Quarto
debet esse humilis et deuota· Eccī·xxxv· Oratio humiliantis se nu-
bes penetrat Exemplū de publicano qui iustificat⁹ est· qꝛ humiliter
orauit· Hec humilitas magis attendit qn̄ orans nō ꝯfidit de meri-
tis suis· ꝫ in virtute christi se credit obtinere· Et hoc est qd̄ hic dicit
Si quid petieritis in noīe meo ꝛc· Et ideo etiā in fine oīm oratōnū
statuit ecclesia dicendū p dn̄m nostꝝ iesum christū ¶ Quīto debꝫ
esse ꝓficua oranti· aliter non exaudiret· Luc·xj· Si vos cū sitis mali
nostis bona data dare filijs vestris· q̄ntomagis pater vester cele-
stis dabit spm̄ bonū petentibꝫ se· Exemplū de paulo quē xp̄c nō ex-
audiuit ꝓ stimulo auferendo· qꝛ non petebat ꝓficuū sibi· Et hoc ē
quod hic dicit· Si quid pe·pa·in no·ni·da·vo· Aug⁹· Non petit i no-
mine saluatoris quidq̄d ꝯtra salutē petit· Qui i nomine eius petit ꝛ
si non ꝯtra salutē petit accipit qn̄ debet accipere· Quedā em̄ nō ne-
gant ꝫ vt ꝯgruo dent tempe differunt Beda· Apl'us non in noīe
saluatoris petijt vt temptatione careret· quā ob custodiā humilita-
tis acceperat· Si em̄ hac caruisset salu⁹ esse non potuisset· ¶ Sexto
debet esse digna vt orās sit dignus recipe vtpote amic⁹ dei Quia
vt dicit greg· Cum his qui displicet ad interpellandum mittitur
irati iudicis anim⁹ ad deteriora ꝓuocat Exemplū de moise cui orā-
ti ꝓ peccato totius populi· dn̄s dixit· Et ex hoc suscipiā p̄ces tuas· te
em̄ noui ex nomine· i· ex spāli amicicia· Hec aūt dignitas in duobꝫ
attendit scꝫ vt orans dimittat peccata· ꝛ obediat deo· Quantum ad
p̄mū ysidor⁹· Sicut nullū ꝓficit in vulnere medicamentū si adhuc
inuolutū ferrū sit· sic nihil ꝓficit oratio ip̄ius cui⁹ adhuc peccatū in
mente vel odiū manet in pectore· Eccī·xxxiiij· Vnus orans ꝛ vnus
maledicens cui⁹ vocem exaudiet dn̄s· Quātū ad secūdū gre· Quid
mirū si postulantes a dn̄o tarde exaudiunt· qui p̄cipientē dn̄m tar-
de aut nullo modo audiunt· Prou·xxviij· Qui declinat aurē suam
ne audiat legem· oratio eius erit execrabilis ¶ Septimo debet esse
ordinata scꝫ vt p̄mū petant celestia ꝛ spūalia· deinde terrena ꝛ cor-
poralia· Math·vij· Querite p̄mū regnū di ꝛ iusticiā eius· Hic cadit
exemplū illius mularij qui omī mane petebat tria scꝫ sanitatē in se

et cōseruatōem in mulis · ⁊ bonum tpus · ⁊ ꝓ his dicebat omni die
tria pater nr̄ · Sic multi faciunt qui solū tpalia petūt · Ioh · iiij · Da
mihi dn̄e hanc aquā vt non sitiā neq; veniam huc haurire · Sic chri-
stus docuit ordinate orare ī pater nr̄ · In q̊ oīm p̄mo petit̄ scitas et
regnū dei · Math · vj · Sanctificet̄ nomē tuū adueniat regnū tuū · ¶
Octauo debet esse breuis · Math · vj · Cū oratis nolite multū loqui
sicut ethnici faciūt · putant em̄ ꝙ in multiloquio suo exaudiant̄ · Sic
aūt dicetis · Pater noster qui es in celis · In quo septē petunt̄ et di
cuntur ¶ Nono debet esse cū attentione cordis · Quidā em̄ dicunt
solū labijs ꝫ mīme corde · Esa · xxix · Populus hic labijs me honorat
cor aūt illoꝝ longe est a me · Ioh · iiij · Veri adoratores adorabunt
patrem in spiritu Gre · Si eternā vitam ore petim⁹ nō tn̄ corde de
sideram⁹ · clamantes tacem⁹ · et econuerso si corde petimus silentes
clamam⁹ · Exēplū d̄ moise cui dn̄s dixit · q̄d clamas ad me moises cū
tn̄ moises sileret · exod · xiiij · Multi dicunt tota die · deus in adiuto-
rium meū intende · et gloria patri · et nihil attendūt · Figura habet̄
gen̄ · xv · Vbi dicit̄ ꝙ abram abigebat aues a sacrificio · Aues sunt de-
mones · qui orantes faciūt mala et vana cogitare · qui deuorant sa
crificium orōnis · vt non referat fructū · et ido debent fugari ¶ De
cimo debet esse continua et cū pseuerantia · Luc · xviij · Oportet sp
orare ⁊ nō deficere · Aug⁹ · Bonū desideriū oratio est · ⁊ si continuū
est desideriū · continua est et orō · Iustus nunq̄z desinit orare nisi de
sinat esse iustus · Semp orat qui semp bn̄ facit · Lu · xj · Si pseueraue
rit pulsans dabit ei quotquot habet necessarios · In cui⁹ figura mā-
datum est in lege ꝙ semp cauda animalis deberet poni in sacrificō
Eccs · vij · Melior est finis orōnis q̄z p̄ncipiū · Quidā sunt sic chime
ra que habet caput leonis · mediū capre · et caudam serpentis · quia
feruenter incipiūt · tepide mediant · et in fine ita frigescunt ꝙ nō au
dent caput leuare · Et sic patet que requirant̄ ad verā orōnem Hec
omnia notant̄ in hoc ꝙ dicit · Dabit vobis scz apl̄is et eoꝝ sequaci
bus · qui omīa supradicta decem pfecte habuerunt · et ideo omnia
impetrarunt · Et p hec eadem patet quare oratio frequenter nō ex-
auditur · q̄z scz deficiūt supradicte ꝯdicōnes · Osee · xiij · Dabo eis re
gem in furore meo · Aug⁹ · Exaudit̄ dyabolus petēs iob ad temptā
dum ⁊ nō exauditur apl̄s petens stimulū amoueri · Exaudiuit quē
disposuerat dānare · ⁊ nō exauduit quē disposuerat saluare · Et sic pz
p̄mū · ¶ Secundo tpus obscuritatis et claritatis circa opera christi
insinuat̄ cū dicit̄ · Hec ī ꝓuerbijs locutus sum vobis · venit hora ꝛc̄ ·
que obscuritas et claritas pōt quadrupliciter considerari ¶ Primo A
ꝯsiderando vet⁹ testamentū ad nouū · q̄z in veteri testamento oīa

opera christi fuere p̄figurata ī quadam nube et caligine. vt patz in
agno et edo. exod. x. et in duobus hircis quoꝝ vnus debebat occi:
di et alius emitti in desertū. leuit. xvj. Et similiter in vacca rufa que
debebat occidi extra castra et ibi comburi et cineres debebant mit
ti in aquam lustratōnis qua spargebantur immundi. nūi. xix. Et si:
militer in serpente eneo quem dominus mandauit suspēdi in palo
in eodem. xxj. j. Corꝝ. x. Omnia in figura ꝯtingebant illis. Heb. x
Vmbram em̄ habens lex non ip̄am imaginem rerum. Et ad hoc si
gnificandum ꝑ totum tempus in quo filij israel fuerunt in deserto
nunq̄z desuit eis columna nubis per diem. exodi. xiij. Et similiter
quando templum fuit dedicatum. impletum est nebula. iij. Reg.
viij. Similiter omīa dicta de christo in veteri testamento erant ve
lata et quasi ꝓuerbia. vt dicit basilius. aliter sunt accipienda hic pro
uerbia. et aliter apud seculares. apud quos ꝓuerbium dicit̄ ꝓbatuz
verbum quod ab omnib⁹ intelligitur. hic aūt dicit̄ ꝓuerbiū obscu:
rum verbū. Vnde hec in ꝓuerbijs locutus sum vobis. id est. in ob:
scuritate et in enigmate. Basilius. Prouerbioꝝ nomen habere in
vulgaribus verbis ꝯsuetudo hominū solet. id ē. ea que ex tradicōe
antiqua tradunt̄. Sed hec vulgi opinio est et cōmunis. Nobis aūt
ꝓuerbium est sermo habens aliquid vtilitatis in apto. plurimū au
tem sensum ꝯtegens in occulto Aug. Quod intelligenti est verbū
non intelligēti est ꝓuerbiū. Et s̄m hunc modū omnia dicta d̄ chri:
sto in verteri testamento erant quasi ꝓuerbia. nobis aūt sunt ver
ba et luce clarius manifesta. Et ad hoc signandū in morte christi ve
lum templi scissum ē in duo a summo vsq; deorsum. Ioh. xviij. Ego
palam locutus sum mundo et in occulto locutus sum nihil. Et hoc
est quod dicit. Venit hora cū iam non in ꝓuerbijs loquar vobis. s̄
palam de patre meo annunciabo vobis. Secundo potest conside
rari compando hominem in statu peccati ad hominem ī statu gra
tie et spūalis resurrectōis. Homini em̄ exn̄ti in peccatis omnia di:
cta et facta christi sunt ꝓuerbia. id est. obscura et tenebrosa. Eph. iiij
Tenebris obscuratū habentes intellectum alienati a via dei. ij. Pe.
p̄mo. Cui hec presto nō sunt cec⁹ est ꝛ manu temptās. ꝛc. Que om
nia homini existenti in gratia sunt clara et manifesta. Aug⁹. Ocul
egris odiosa lux est que puris est amabilis. Eph. v. Euistis em̄ ali:
quando tenebre nūc aūt lux in dn̄o. Spiritussanct⁹ em̄ reuelat mi
steria dei. j. Corꝝ. ij. Spūs aūt scrutat̄ omīa etiā ꝓfunda dei. Greg.
Sancti inq̄ntum vnū sunt cū domino sensum domi nō ignorant. j.
Ioh. v. Dedit nobis sensum vt cognoscamus deū verū. Vnde poit
exemplū gre. de radio solis transeunte ꝑ domuz qui facit mimos

pilos videri. Simile est de spūsancto existenti in anima. Hoc fuit figuratum in columna ignis filiorum israel. Columna ignis erat filijs israel lucida et egiptijs tenebrosa. Et hoc est quod dicit. Venit hora post resurrectōnem et spūssancti missionem quando non in pueribus loquar vobis. sed palam de patre meo annunciabo vobis. Lu. xxiiij. Tunc aperuit illis sensum et intellectū scripturarum. Spūssanctus etiam veniēs omīa docuit eos. Ioh. xiiij. Ille vos docebit omnia. Per statum enim apostolorum in christi passione figurat status peccatoris. quia in passione omnes peccauerūt. Per statum aūt eorum post resurrectōem significat status iusti. qui resurrexit a morte peccati. Eph. v. Surge qui dormis et exurge a mortuis et illuminabit te christus. Tercio potest considerari considerando populum dei ad omnes alios populos. qui omnes sunt cecati et omnis scriptura est eis prouerbiū et enigma. Math. iiij. Vobis datum est nosse misterium regni dei ceteris autē in parabolis vt videntes non videant et audientes nō intelligant. Esa. vj. Exceca cor populi huius et aures eius aggraua. et oculos eius claude. ne forte oculis suis videat et auribus suis audiat. Ioh. ix. In iudicium ego in hunc mundum veni vt qui non vident videant et qui vident ceci fiant. Et quod peius in istis est. quia nec credunt nec intelligunt se nō intelligere et errare omnes eīm dicunt se intelligere et habere verā fidem et nos condemnant. quod est pessima condicio. quia sic stando et credendo nunquam possunt saluari. Ioh. ix. Si ceci essetis peccatum non haberetis. nunc autem quia dicitis videmus peccatum vestrum manet. Populo autem dei omnis scriptura dei est aperta et non prouerbium. Hebreorū. iiij. Omnia autem aperta et nuda sunt oculis eius. Vnctio enim docet de omnibus vt dicitur. j. Ioh. ij. Actuum. xx. Non subterfugi quo minus annunciarem vobis omne consilium dei. Quarto potest cosiderari comparando statum ecclesie militantis ad statum ecclesie triumphantis. quia in presenti sunt omnia nobis obscura et prouerbia. nec aliquid perfecte cognoscere possumus. prima Cor. xiij. Videmus autem nūc per speculum in enigmate. Eccles. vij. Dixi sapiens efficiar et ipsa lōgius recessit a me. In vita autem beata omnia clare videbimus. j. Cor. xiij. Nunc cognosco ex parte. tunc autem cognoscam sicut cognitus sum. quia sicut deus per suam essentiam cognoscit nos sic et nos in eadē essentia cognoscemus deum et omnia. ps. In lumine tuo videbimus lumē. Gre. Quid est quod nesciant qui videntē oia videt. Et isto quarto mō expoit beatus augus. qui ait. Possem et ego hanc horam futurū seculū intelligere in quo videbimus eū sicuti est. quod apls dicit facie ad faciem

Quod ergo dicit hec in ꝓuerbijs locutus sum vobis· apostolus
spiritui nostro q̄ filij dei sumus. Si aūt filij et heredes scz gl'e dei q̄
E est hereditas. Ex his quattuor ad alia quattuor inuitamur ¶ Et pri
mo vt bona nature ad dei cultum exerceam⁹ et in ip̄is deo seruiam⁹
ps. Fortitudinē meā ad te custodiā. i. ad tuū cultū. Et simile est de
ingenio et prudentia et de omib⁹ bonis nature. q̄ oīa ad laudez dei
debem⁹ exercē. Esa. xliij. Populū istū creaui mihi laudez meā nar
rabit. Quia bona nature tenem⁹ a deo sic̄ miles tenet feudū a rege
et ideo omni die mane debem⁹ osculare terrā in hui⁹ recognitōnē
sic̄ sardi pedē iudicis arboree. j. Cor. iiij. Quid habes qd̄ nō accepi
sti. si aūt accepisti quid gloriaris quasi nō acceperis. Et ideo cū boā
nature de⁹ aufert a nobis. vel nō dat p̄fecte. murmurare nō dem⁹

Math·xx·Amice nō facio tibi iniuriā·an nō licz mihi qd̄ volo facere
Ro·ix·Nunquid dicit figmentū ei qui se finxit quid me fecisti sic an
nō habet potestatē figulus luti ex eadē massa facere·aliud quidem
vas in honorem aliud in ꝯtumeliā· ¶ Secundo vt bona fortune ī
nostrū ꝯmodū ꝯuertamus·vt scz ip̄is dominemur ⁊ nō dn̄ent ip̄a
nobis·q̄ vt dictū est· Deus subiecit ea pedib⁹ nostris· Itez q̄ ip̄is
non ad luxuriā vel sup̄biā vtamur sed ad corp̄is sustentatōnem·j·
Thi·vj·Habentes ali·⁊ qui·te·h·ꝯtē·s·Item vt ip̄is peccata nostra
redimam⁹· Dan̄·iiij·Peccata tua ele·redi· ¶ Tercio vt p̄ bona gra-
tie vitā eternā mereamur quia p̄ omne opus bonū grā informatuz
vitam eternā meremur·Ro·vj·Gratia dei vita eterna·Qui aūt nō
est in gratia p̄ nullū opus bonū meret̄ vitā eternā·Luc̄·v·Per to-
tam noctē labo·nihil ce· Tunc homo in nocte laborat qn̄ sine grā
operat̄· Ad hoc ergo sunt nobis data bona gratie vt opa nostra
sint digna vita eterna·Io·xvj·Si hec scitis beati eritis si feceritis ea·
¶ Quarto vt gloriā dei p̄ qua habenda habemus pignus sp̄m̄san
ctum·vt dicit apl̄s·ij·ad co·j·totis p̄cibus flagitemus· vt qd̄ nobis
deus disposuit ante secula donare cū sibi placuerit largiat̄·Quia vt
dicit gre·ip̄a p̄destinatio regni celestis ab omnipotenti deo sic ē or-
dinata vt sanctoꝝ p̄cib⁹ obtineat̄·Et ideo iesu orante celū est aper-
tū·Lu·xj·Petite et accipie·q̄rite et inue·pul·⁊ api·vo·Et sic pz totū

¶ Dominica prima post trinitatem de euangelio sermo·lxvj

Homo quidam erat diues ꝛc̄·Luc̄·xvj·Sic̄ dicit boecius·
in de consol̄·Non qd̄ an̄ oculos nr̄os situ est sufficit in-
tueri·s̄ reꝝ exitus prudentia metit̄· Homo aūt rōnalis
a rōne p̄ quā a bestijs differt·habet cōsiderare finē rei·
Et ido homo rōnalis finē dz ꝯsiderare·Poeta·Quidq̄d agis prudē
ter agas et respice finē·Vn̄ hō q̄ ꝯsiderat solū p̄ntia et n̄ futa·bestijs
cōpat̄·p̄s·Homo cū in honore esset scz rōis n̄ intellexit scz s̄m rōez
considerare finē·et ideo compat⁹ est iumentis·Qui vult g̊ esse ho-
mo et cauere a peccatis consideret nouissima sua·Ecc̄i·vij·Memora
re nouissima tua et in eternū n̄ peccabis·Considerem⁹ g̊ p̄ns euan
geliū et videbim⁹ mirabilia·⁊ p̄ntia et futura·In q̊ q̄ttuor ꝯtinent̄
Primū est status peccatoris et iusti in vita·in quo dei iusticia con-
mendat̄·ibi·Homo quidā erat diues·Scd̄m est transit⁹ vtriusq̄ p̄
mortez·in q̊ diuisa eoꝝ condicio demōstrat̄·ibi·Factuz aūt ē vt mo-
men·Terciū ē petitō diuitis p⁹ mortē·In q̊ maloꝝ summa miseria
declarat̄·ibi·Ele·aūt ocu·suos cū es·i tor·Quartum est rn̄sio abrae

ad diuitez. in quo seuera sententia enarrat ibi. Recordare fili qz re
cepisti bona in vi. t. ¶ Primo g̊ ponit status peccatoris et iusti in
G vita. Sed p̄mo status peccatoris qui describit quadrupliciter scz
diues z iniqu⁹ vanigloriosus et supb⁹. gulosus et luxuriosus. immi
sericors et crudelis ¶ Primo nanq̄ fuit diues z iniquus Vbi nota
q̄ diues inq̄ntum diues non damnat. qd̄ pz ex hoc euangelio. Nā
abraam valde diues fuit Gen̄. xiij. Erat abraam diues valde in pos
sessione auri et argenti Et tn̄ nō est damnatus. sed in requie colloca
tus Similiter antiqui patres valde diuites fuerunt. qui omēs sunt
H saluati. Damnatur autē diues tripliciter. vel quia male acquisiuit.
vel quia male retinuit. vel quia male expendit. Si male et iniuste
acquisiuit damnatur vt fur. Si male et tenaciter tenuit vt seru⁹ di
uitiarum et non domin⁹. damnat vt auarus. sicut ille diues qui dice
bat. Gaude anima mea ha. mul. bo. repo. in an. pl̄i. luc̄. xij de quibus
nec ip̄e comedit nec alijs comedēda d̄dit. s̄ homo extrane⁹ vorauit
ea. Ita accidit auaris. Et ideo sequit. Stulte hac noc. re. ani. t. ꝛc̄. s. de
mones. que aūt pa. cui⁹ erunt. Si vero male et inutilit expendit dā
natur vt p̄digus et dissipator bonoruz domini sui. sicut iste diues
epulo. luc̄. xvj. Hic diffamatus est apud illū q̄si dissipasset bona ip̄i⁹
Omnia em̄ bona que habemus deus nobis tribuit vt dispensatori
bus suis. Math. xxv. Simile est regnum celorum homini pegre p̄
fici. qui. vo. ser. s. et tra. il. bona sua. Basilius. An iniustus est deus
et res inequaliter distribuens. cur em̄ tu abundas. ille vero mendi
cat. nisi vt tu bone dispensatōnis p̄mia consequaris. ille vero patiē
tie brauijs decoretur Sic ergo condemnatus est diues iste iniquus
¶ Secūdo fuit vanigloriosus z sn̄pbus. quia induebatur purpura
que ē vestis regia. et bisso qui est pann⁹ lineus mollis et delicatus
Glosa. Purpura color est regij habit⁹ de conchis marinis ferro con
cisis emissa. bissus est genus lini candidi et mollissimi. Purpura g̊
induebat exterius et bisso interius ad modum cocte. Purpura au
tem sanguine tingitur. Purpura ergo vestiunt qui vestimēta sua
multiplicant d̄ sanguine maxime crucifixi vt clerici. vel de sanguine
pauperum vt vsurarij et predones et raptores. Sed certe vestimē
tum istud mixtum sanguine erit in combustionē et cibus ignis vt
dicit esa. ix. Bissus vero ꝓpter candorē signat innocentiā quā alle
gant multi ad palliandū iniquitatē suā quasi ex causa rōnabili talia
faciant. Tales illudunt christo in purpura vt milites pilati. z veste
I alba vt ministri herodis ¶ Sunt aūt quattuor q̄ aggrauant et in
ducunt peccatū in luxu vestiū. Primū est sumptuositas qn̄ tantuz
dat p̄ vno vestimēto de c⁹ supfluitate possent multi paupes viuē.

Secundū est multiplicitas·vt qñ partice pendēt onerate vestib⁹·et
paupes nudi frigore moriunt̄·Hiero·Aliena rapere ꝯuincit̄ qui vl
tra necessitatē sibi retinere comꝓbat̄·Terciū est indecentia·q̄ respic̄
ordinē et statū ꝑsone·non em̄ decet clericū habitu militari vestiri·
nec rusticū veste regali·Quartū est ostensio·que respicit vanitatē
et laudem·Vñ nō est gloriandū de vestib⁹ cū potius sint vitupiuz
Oportet em̄ ouē de lana gl̄iari nō hoiem·et vermē d̄ serico·Boe·
Gēmarū fulgor oculos trahit·ꝫ si quid est in hoc splēdore p̄cipuū
geminaꝝ est illa lux nō hominū·Gre·Nemo vestimenta p̄cipua ñ
nisi ad gloriā querit vt honorabilior habeat̄·Vbi nota ꝙ gloriari ⁊
sup̄bire de vestib⁹ est valde piculosum et ꝯfusione dignū·q̄ vestes
sunt homī ꝯcesse post peccatū in penam·Nam añ erat nudus et
vestiebat̄ lumīe vt sol·et candore vt liliū·Sed post peccatū de⁹ fec̄
tunicā pelliceā in signū furti·sic̄ suspendēdo sup oculos fascia alliga
tur·Furat⁹ est em̄ pomū vetitū et furari voluit deitatē·Et ideo sic̄
furem de⁹ exuit eū candore et lumīe et fasciauit eū pellib⁹ sic̄ furem
euntem ad suspendiū·et adiudicauit eū morti·Vnde gloriari d̄ ve:
stibus simile est ac si quis vadens ad suspendiū de pulcra fascia glo
riaretur ocl̄oꝝ·Vel si quis gloriaret̄ d̄ pulcra creatura·Gen̄·xx·Ec
ce dedi fratri tuo mille argenteos hoc erit tibi in velamen oculoꝝ
⁊ vbicunq̄ prexeris scito te dep̄hēsam·Itē absurdū est valde ꝙ no
bilis creatura sic̄ homo ad imaginē dei fact⁹ gl̄iet̄ de lana pecudū·
de pellibus animaliū·de pennis auiū·et de visceribꝫ vermiū·in quo
ondit magnā pauptatē suā et vilitatem·vtpote ab alijs victū ⁊ ve
stimentū mendicās·Exemplū mulier portans capillos alienos nul
lo mō vult vt sciat̄·⁊ si scit̄ valde verecundat̄·Hic cadit exēplū d̄ illa
simea que vni mulieri portanti capillos alienos bendā vel peplum
eleuauit pisis ad sanctā katherinā·Tercio fuit gulosus et luxurio
sus q̄ epulabat̄ quotidie splendide·Vbi nota ꝙ vēter et genitalia
sunt aduicina et vnus seruit alteri·Vñ qui ꝯtinue bñ comedit ipos
sibile est quasi q̄n luxurieť·Hiero·Venter mero estuans facile spu:
mat in luxuriā·Vñ de sodomitis dicit̄ ꝙ peccatū eoꝝ fuit saturitas
panis et vini et ociuz·Ezech·xvj·Hec fuit iniq̄tas sodome sororis
tue saturitas panis et ociū·Vñ hec est potissima ratio quare indicit̄
ieiuniū et cibi carniū vitant̄·vt luxuria tempet̄·O quot seq̄ces ha:
bet iste diues qui corpori suo seruiūt sic̄ deo·Phil·iij·Quoꝝ deus
venter est·Ecc̄i·vj·Omīs labor homīs in ore eius·Qd̄ est spernen
dum valde·Boe·Quis nō spernat fragilis vilissimeq̄ rei esse seruū·
scz corpis qd̄ nūq̄z satiat̄ qd̄ satiatū ꝓteruit in dñm·⁊ vult dñari qd̄
dolores qd̄ īfirmitates suis seruitoribꝫ inferre nō cessat·qd̄ intantū

grauat hominē q̄ nō pmittit oculos in celū leuaē. sed facit declina-
re in terrā. p̄s. Oculos su. sta. decli. in te. Qd̄ pdit hominez in bello
spūali. inducit in carcerē dyaboli. Ro. vij. Video aliā legē ī mē. meis
repug. le. mē. m. et captiuantē me in lege peccati. Bern̄. O initiū vi
te hominis panis et aqua. nūc aūt nō sufficiūt fructꝰ arboris. nō ge-
nera leguminū. nō radices herbaꝝ. nō pisces maris. nō bestie terre
nō aues celi. Hinc est q̄ querunt pinguia. emunt aromata. nutri-
untur altilia. vnde grauat stomachꝰ. turbat sensus. cōprimit intelle
k ctus. inde nec salus nec sanitas s̄ morbus et mors. ¶ Quarto fuit
crudelis et īmisericors. qd̄ ondit in sancto lazaro cui noluit misere-
ri. Aggrauant aūt eius crudelitatē octo ꝓut hic pz. ¶ Primo pau
citas pauperū cū dicit. erat quidā. n̄ em̄ a multis molestabat. ¶ Se
cundo mendicitas reꝝ. q̄ mendicꝰ. paup aliquid habet. s̄ mendicus
nihil ¶ Tercio noticia psone. q̄ noīe lazarus qui ab omib̄ cogno-
scebat mendicꝰ. ⁊ morabat in hirl'm. vt tradunt iudei ¶ Quarto im
potentia exercitioꝝ. q̄ vlceribꝫ plenus. et ideo nō poterat aliq̄d fa-
cere. ¶ Quinto ꝓpinquitas locoꝝ. q̄ iacebat ad ianuā eius. q̄ erat
ita ꝓpe et semp ipm intrando et exeūdo poterat videre ¶ Sexto
vilitas ciboꝝ. q̄ cu. sa. de micis que ca. de men. diuitis nō em̄ quere
bat delicata et magna. s̄ micas cadentes. ¶ Septimo impuidētia
famuloꝝ. q̄ nemo illi dabat. nō em̄ ordinauerat vt aliq̄s de famul'
benefaceret paupib̄. Ecc̄i. x. Scdm iudicē ꝓpl'i sic ⁊ mister eiꝰ et qua
lis rector est ciuitatis tales inhabitātes in ea. ¶ Octauo miseri-
cordia catuloꝝ. q̄ canes veniebāt et lin. vul. eius. Valde em̄ manife
statur eiꝰ crudelitas. q̄ videns canes misericordiā p̄stare pauperi
de linguis suis nō miserebat ei de micis suis. Et sic ptz statꝰ diuitis
an̄ mortē. qui fuit plenꝰ vicijs ⁊ vacuꝰ virtutib̄ Et nota s̄m gre. et
criso. Nō est parabola ista. s̄ res gesta s̄m veritatē ad literā. Item
nota hic q̄ sic dicit gre. si iste nō dando sua. fuit talib̄ supplicijs de-
putatꝰ. qualia sustinebūt qui furant et detinent aliena ¶ Secundo
ponit status iusti scz lazari. qui fuit incontrariū statui pctōris. nam
fuit paup reb̄. s̄ diues meritis. Et hoc ē qd̄ dicit. Et erat quidā mē-
no. la. Fuit em̄ paup et mendicꝰ rebus ¶ Primo fuit mendicꝰ reb̄
fortune. scz diuitijs honorib̄ et delicijs Nā paup fuit diuitijs. Et h̄
est Erat quidā mendicꝰ Paup fuit honorib̄ Et h̄ est. Quia iacebat
ad ianuā. sup. vilis et despectꝰ. Paup fuit delicijs. q̄ non varia fer
cula. s̄ micas cadentes de mensa diuitis desiderabat et nō habebat.
Et hoc est. Cu. sa. de mi. ¶ Secūdo fuit paup et mendicꝰ bonis nat̄e
q̄ vlceribꝫ plenꝰ Tota natura sibi defecerat q̄ caput collum facies
brachia manꝰ cor renes tibie crura et pedes et breuit omia mēbra

erant vlcerosa et infirma Et hoc est Vlceribꝫ plenus Ita ꝙ nec iace
re nec sedere nec stare poterat sine pena Esaie·j·A plāta pe vsqꝫ ad
ver·ca·non est in eo sanitas ¶Tercio fuit pauper et mendicus suf-
fragijs creature·qꝛ omnis creatura dereliquerat eū· p̄ter canes·qꝛ
nō parētes et ꝯsanguinei et noti eū iuuabant·nec aliquod hospita
le ip̄m recipiebat·ꝫ sub diuo in terra iacebat Sed q̄zuis fuerit sic
paup rebꝫ·fuit tn̄ valde diues meritis Nam veras diuitias habuit
scꝫ virtutes et dona spūssancti que sunt vere et ꝓprie diuitie homi
nis que faciunt hominē pfecte diuitē· Nam ip̄m satiant·ip̄m nobi
litant·ip̄m comitant̄·et nō derelinquūt ⁊ cū ip̄o in ꝑpetuū durant
Diuitie tpales h̄ oīa vident̄ dare·ꝫ mētiunt̄ ⁊ nihil bonoꝝ ꝯferūt
Et ideo si ꝓprie vellemꝰ loqui·lazarꝰ fuit valde diues·et diues val-
de paup·Habuit em̄ vicia mentis que redigunt hominē ad nihil·
Quia vt dicit augꝰ Pc̄m nihil est et nihil fiūt homīes cū peccant·
Et hec est rō quare diues iste non noīat̄·ꝫ paup vocat̄ lazarus·quia
rei nō existenti n̄ īponit̄ nomē· Sed pctōr cū sit minꝰ q̄z nihil·et q̄
facit pc̄m seruus est peccati·et seruꝰ est minor dn̄o·ergo peccator
est minus q̄z nihil·Item punit̄ in quo deliquit· qꝛ enim voluit no-
minari et in fama apud homines haberi·ideo nomen eius subticet̄
Et sic patet p̄mum ¶Secundo ponitur transitus vtriusqꝫ ꝑ mortē
scꝫ pauperis et diuitis·et p̄mo paupis ibi·Factum est aūt vt mor-
men·qui fuit de pauptate ad diuitias·de afflictōne ad delicias· de
ꝯtumelia ad honorem·de labore ad requiē·de morte ad vitam trās
latus·Vnde mors fuit finis omniū maloꝝ suoꝝ et initium omniū
bonorum·p̄s·Hec mu·dex·excel·Et hec omnia notant̄ in eo·ꝙ dici
tur portatus fuisse ab angelis in sinū abrae·Nā sinus abrae est di
ues delicōsus honorabilis·req̄es laboꝝ et vita aīaꝝ·Et ideo q̄ pete
bat elemosinas petunt̄ ab eo tanq̄z a diuite·qui in fame et siti et mlt
tis penis viuebat est in delicijs beatoꝝ·qui vlcerosus et abomīabi
lis cū canibꝫ iacebat·honorabilis manet in sinu abrae· et qui in mul
tis laboribꝫ fuit·requiescit in sinu abrae·⁊ qui erat in mortibus fre
quenter·vita viuit ⁊ nō morieť Vn̄ si volumꝰ ꝓprie loqui·iustus n̄
morit̄ ꝫ transit de morte ad vitā Ioh̄·v·Non morieť ineternū sed
transiet de morte ad vitā Et q̄d miꝝ si portatꝰ est ab angelis ī mor
te·cꝰ custodes erāt in vita·cuiꝰ vita tota erat angelica·p̄s·Angelis
suis mandauit de te vt custo·te in omni·vijs tuis Et notandū ꝙ si
nus abrae dicit̄ requies sanctoꝝ·qꝛ omēs saluant̄ in fide mediato-
ris·que fuit in pectore abrae qui vere credidit filium dei de se nasci
turum Gal̄·iij· Credidit abraam deo Ipsi etiam abrae p̄mo facta
fuit ꝓmissio de christo Gen̄·xxvj· In semine tuo benedicent̄ omēs

gentes· Et ideo abraam dicit̄ p̄ma via credendi· et ideo vsq; modo
ecclesia rogat deportare animas in sinū abrae que saluant̄· Io· viij
Abraam exultauit vt videret diem meū scz mee incarnatōnis· ⁊ vi
dit scz p fidem et gauisus est p spem· Ad literā sinus abrae tunc tē
poris vocabat̄ quidam locus sub terra· iuxt̄ limbū puerorū damna
torū solum p peccato originali· qui nunc vocat̄ limbus sanctorum
patrum vbi ante aduentū filij dei omnes anime fideliū quiescebāt
et ad illū locū descendit anima christi in morte· et extraxit inde om
nes illas animas· ita q ille locꝰ vacuꝰ remāsit· ¶ Secūdo ponit̄ trā
situs diuitis qui fuit p omnia in contrariū· Nā transiuit de diuitijs
ad pauptatem· imo ad summā mendicitatē q in indigentia oīm bo
norum ꝯstitutus vnā guttā aque petijt et nō potuit habere· Esaie
lxv· Ecce serui mei comedent· et vos esurietis· De delicijs ad tormē
ta· Iob· xxiiij· Ab aquis niuiū transeunt ad calorem nimiū· Vn̄ hic n̄
dicit̄ esse in tormento ꝫ in tormentis· Eleuans inquit oculos cū esset
in tormentis· De honore ad ꝯtumeliā· Vnde ad foueā inferni tan
q̄z canis mortuus est p̄iectꝰ· Et quod maius vitupiuz valet esse in
vita ista· q̄z p̄ijci ad foueas tanq̄z canis vel asinus· Hiere· xxij· Sepl̄
tura asini sepeliet̄ putrefactus et p̄iectus extra portas hierusalem
Exemplū· Sic ꝯtingit de diuite peccatore sicut d̄ asino· Nam asinꝰ
p totā vitam portat onera et ꝯgregat alijs multa· in morte aūt p
ijcitur ad foueas· et fiūt de eo tres ptes· Nam coriū est dn̄i de quo
cooperiunt̄ scuta ad p̄lia nutriendū· carnes comedunt canes· ossa
vero remanent comburenda ad solem· Sic p omia peccator diues
multos labores sustinet in vita p diuitijs ꝯgregandis· et alijs the
saurizat· Iob· xxvij· Diues cū dormierit nihil secuz auferet· p̄s· The
sauri· et ig· c· ꝯg· e· In morte aūt p̄ijcit̄ ad foueas inferni· ⁊ fiūt d̄ eo
tres ptes· Nā coriū· i· sb̄a terrena est consanguineorū· d̄ quo vt pluri
mū fiūt rixe· carnes vero comedūt vermes· anima vero remanet in
fouea inferni ab igne comburenda· De solatio transiuit ad laborez
interminabilē ⁊ sine fructu· Lu· v· Per totā no· la· ni· ce· Semp labo
rant qui sunt in inferno ⁊ nihil capiunt· De vita ad mortē scz tripli
cem· Peccator em̄ moritur triplici morte· scz morte culpe in separa
tione anime a deo· morte nature in separatōne anime a corpore· ⁊
morte pene in ꝯiunctōne aīe ad penā vel ad tormēta· Apo· xix· Mis
si sunt i stagnū ignis ⁊ sulphuris· Quod est mors· Et hoc est quod
dicit· Mortuus est autez et diues ⁊ sepul· est in infer· Et sic patet se
cundum· ¶ Tercio ponitur petitio diuitis post mortem· qui petijt
aliquam consolatōnem in penis· quia eleuans oculos dum esset in
tormētis· Vbi nota q hec ē differentia inter iustū ⁊ pctōrē· q iust

ad deū eleuat oculos in ꝓsperis ⁊ in aduersis·ps·Ad te leuaui oculos meos qui habitas in celis· Peccator aūt raro eleuat oculos nisi in aduersis·Esa·xxviij·Et tm̄modo sola vexatio dabit ītellectū auditui·Gre·Oculos quos culpa clausit pena aperit·Sic iste seruus nequā eleuauit oculos in aduersis·ꝫ in ꝓsperis noluit eleuare· Et iō vt dicit̄ ecc̄i·xxxiij· seruo maliuolo tortura et compedes Exemplū de pharaone qui semp ī ꝑcussione plage rogabat moisen·et cessante plaga nihil faciebat Sic videmus ad oculū tota die· qꝛ peccator plaga infirmitatis grauat⁹ facit testamentū ꝓmittit reddere aliēa et confitet̄·et postq̄ꝫ liberat̄ nihil agit Osee·vj· In tribulatōne sua mane consurgent ad me Hic cadit exemplū de vulpe et simea·quedum in quadā naui esset verberata ꝓ eo ꝙ ꝑmisit sibi auferri gallinam quā custodiebat a vulpe Alia vice dū vellet simile facē vulpes simea posuit sibi digitos ad oculos vt nō dormiret·ꝫ qꝛ iste nec in loco nec ī tpe ꝯgruo oculos eleuauit ido nihil ꝓfuit Eccs·iij·Omnia tps habent·Sed nūq̄d aīa exuta corpales hēt oculos·Circa qd̄ sciendū ꝙ omnes potētie alligate organis corpis siue mēbris·corrupto corpe corrumpunt̄·potētie aūt aīe q̄ organis nō alligant̄ vt intellectus·voluntas·memoria·intelligentia·remanent in aīa ⁊ cū ipa recedunt Eleuauit ꝯ oculos mentis scꝫ intellectū ꝑ quē cognouit abraā et lazaꝝ·Ex quo patꝫ vt di·gre·ꝙ in alia vita et boni bonos et malos·et mali malos et bonos cognoscunt·que natural̄ cognitio nō auferet̄ ab eis Sed anima exuta corpe naturaliter omēs animas cognoscit·qꝛ iste cognouit aīam abrae quē nunq̄ꝫ viderat nec distantia local̄ aliq̄d facit vel impedit in tali cognitōne· Dicit aūt beat⁹ gre·ꝙ vsqꝫ ad diē iudicij anime damnatoꝝ vidēt sanctorum animas in gloria nec de hoc aliquā gloriā habent·sed tormētum·quia non vident gloriā eorum sed cognoscunt ꝑ intellectum ipsos esse in loco vbi omnes apparent eis gloriosi· Sic si viderem quoddā palatiū·in quo crederē esse magnū gaudiū et ibi scirez esse inimicos meos tormentarer ex hoc et nō gauderē Sed p⁹ diē iudicij talis cogniō auferet̄ ꝑ diuinā iusticiā ab eis· Quia em̄ anime in egressione a corpe infundit̄ species rerum naturaliū et aīa q̄dq̄d recipit indelibilit̄ recipit ꝓpt̄ qd̄ aīe naturalit̄ cognoscūt seinuicē·et naturalis cognitō in demonibꝫ et in aīabꝫ damnatoruꝫ deberet cognoscere animas beatoꝝ sic modo cognoscūt·nisi ꝑ diuinā iusticiā talis cognitio auferret̄ ab eis Sꝫ sic mō aīa ī corpe manēs n̄ cognoscit aīas defunctoꝝ·sic p⁹ diē iudicij aīe dānatoꝝ n̄ cognoscūt aīas btōꝝ nec ꝑ ꝫ minuet̄ eoꝝ pēa·qꝛ remanebit in eis meōria d̄ felicitate scōꝝ Sꝫ q̄d ē ꝫ qd̄ dic̄ miserē pr̄ abraā· Nunq̄d damnati petunt

misericordiam·cum ille qui misericordiā petit videat d̄ malo dolere
Et ideo nota ꝙ mali sunt obstinati in malo·nec vnq̄z penitent nisi
ratione pene· Sap̄·v· Dicentes intra se penitentiā agentes· Sed nō
penitēt d̄ malo q̄ malū· Vn̄ ille nō petijt mīam s̄m qd̄ petit miseri
cordiā reus qui dolet de malo qd̄ fecit ꝫ petijt misericordiā·i·releua
tionē a pena· Et ꝫ est qd̄ hic dic̄ Mitte lazaꝝ vt intin·ex·di·sui· Per
digitū em̄ intelligit̄ spūssanctꝰ· Lu·xj· Si in digito dei eijcio demo
nia·i·in spū dei· Digitꝰ aūt hz tres ꝑtes s̄m tres modos·ꝑ quas in
telligunt̄ tria q̄ sunt a spūsancto penitudo pctōꝝ·opatio bonorū
et dimissio penaꝝ ꝑ peccatis· Istud extremū digiti scz dimissionez
pene petebat iste· Et nota ꝙ diues iste multū peccauerat in lingua
et vaniloquio·et in detractione·et in epulatione· et ido torquebat̄ i
lingua·i·in desiderio aīe·accipiendo linguā metaforice· Quia vt dic̄
greg·scriptura loquit̄ s̄m modū humanū et nobis intelligibilem·
Petebat g̊ guttā aque·i·aliqd̄ refrigeriū in tormentis·ꝫ iniuste pe
tebat·tū q̄ volebat relaxationē pene sine pn̄ia·tū q̄ lazaꝝ quiescen
tem petebat mitti ad locū tormentoꝝ·et ꝓpter ꝫ nō fuit exauditus
Et sic patet terciū ¶ Quarto ponit̄ rn̄sio abrae que fuit iusticia ple
na· Non erat em̄ iustū vt lazarus diuitē consolaret̄· Vn̄ ait· Eili re
cordare q̄ rece·bo·in vi·t·et la·similit̄ mala· Q·d·bona tpalia q̄ rece
pisti in vita tua fuerūt p̄miū omīs boni qd̄ fecisti·et similiter mala
que sustinuit lazarus patienter fuerūt sufficiens pena omīs mali qd̄
fecit· Et ideo non restat aliud nisi vt tu puniaris ꝑ peccatis tuis et
lazarus p̄miet̄ ꝑ meritis suis·q̄ ī alia vita nec tu ꝑ peccatis es pu
nitus·nec ipse ꝑ meritis remuneratꝰ· Et inde est ꝙ frequent̄ mali
ꝓsperent̄ in vita ista·et boni aduersa patiant̄· Iob·xij· Abundāt ta
bernacula p̄donū et audacter ꝓuocāt deū· Hiere·xij· Quaē via im
piorum ꝓsperatur·bene est omnibus qui inique agunt· Hic cadit
exemplū istiꝰ heremite cuiꝰ seruitor iuit ad ciuitatē et vidit mirabi
les exequias vni peccatori mortuo fieri·et rediens ad cellā inuenies
heremitā comestū ab vrso angelus dixit ei ꝙ totū meritū istiꝰ pec
catoris erat ei retributū ī honorabili sepultura· et peccatū heremi
te erat punitū in dolorosa morte· Vn̄ gre·dicit de isto ꝓpheta quē
leo occidit in via nec ex eo comedit·ꝙ peccatū eius ī ipa morte pu
nitum est·iij· Reg·xiij· Et sic patet ꝙ pene ad duo sunt vtiles prout
ex hoc euāgelio colligit̄· Nam aperiūt oculos et purgāt a peccatis
Addidit etiā abraā dicēs· Int̄ nos ⁊ vos chaos magnū firmatū est·
Vbi nota ꝙ int̄ bonos et malos est magnū chaos·i·distātia ⁊ inter
uallū scz locoꝝ ⁊ meritoꝝ ⁊ voluntatum· Locoꝝ·q̄ boni in celo et
mali in inferno·meritoꝝ vero q̄ boni hn̄t mag̃ merita mali habēt

teneritā ·voluntatū aūt qz boni cōformant se ín ommíb voluntatí
diuíne·mali vero sunt ín voluntate obstínati· Est aūt sciendū qz ín
bonís dupler voluntas est scz nature et rōnis· Secōm voluntatē na
ture compatunť damnatis et maxime suis amicis·et ſm volunta
tem rōnis quā conformāt ín omníb voluntatí díuīe nō compatún
tur·sed gaudent de pena eoz sicut de ústicia dei·ps· Letabiť ús
venīte ad vos scilicet voluntate nature compatiendo vobis· non
sus cū vidrit víndictā· Et hoc est qđ hic dicit qz hí qui volunt hic
possunt voluntate rōnis quā díuíne voluntatí cōformāt· Similiter
ín damnatis est duplex voluntas·scz voluntas nature qua dolent
de peccatis ín qua remanet vermis cōscientie ſm ístud esa·lxvj·ver
mis eoz nō morieť·et voluntas obstínata ín malo qua nō penitēt
neqz dolent de peccatis· Et hoc est quod dicit· Neqz qui volūt índe
huc transmeare scz voluntate nature· possunt voluntate obstínata
ín malo·qz illuc nō vadunt nísi vere penítentes Postqz aūt díues
iste non est exaudítus p se etiā p fratríb suís rogauit·d· Rogo·te
vt mit·la·ꝛc· Sed nunquid scīūt moꝛtui facta víuentiū· Dicendum
qz nō cognitōne naturalí·ſz cognitione glozie sic·qz beati scúnt om
nía que volunt Augº· Nescunt moꝛtui etiā sancti quid agant víuí
scz cognitōe naturalí· Idē dic gre·sup íllo verbo iob· Síue fuerínt
fílíi eius nobiles síue ignobiles non íntelligent· Possunt autē scíre
dupliciter scz p reuelatōem angelozꝝ vel demonū et p animas hīc
exeuntes· Iste aūt bene sciebat qz fratres sui erant adhuc ín mūdo
qz non videbat eos ín ínferno nec ín limbo·sed quíd agerent bene
vel male ignozabat· Sed nūqđ damnatí vellent aliquē saluarí· Dicē
dum qz nō· Sed iste petebat fratres penítentiā agere et saluari ne sí
bi pena accresceret·qz ín factis suis ōderat malū exemplū fratríb
cuiº peccatū fratres sui sunt ímitatí· ídeo sí damnarenť pena accre
sceret sibí Item sí tota vna parentela damnať maioꝛ pena est talí bus
de parentela ísta qntū ad remoꝛsum cōscie·qz sí alíq saluarenť· Item
volūtate nature ille volebat fratres saluarí·qz exquo aliquí saluarí
debebant potiº volebat de fratríb qz de alíjs·et ído ꝓpter has tres
rōnes petebat Lazaꝝ ad fratres mittí· Sed ín nullo est exaudítº qz
quí nec deū p scriptam loquētē·nec primū deprecantē exaudít ústū
est vt ipe damās ñ exaudiať· Proú·xxviij· Qui declínat aures suas
ne audiat legē·oꝛō eiº erit execrabiľ· In eodē·xxj· Qui obturat aurē
suā ad clamoꝛē paupeꝝ clamabit ipe ꝛ ñ exaudiet Et ꝟ ē qđ dr· Ha
bēt moysen et ꝓphas·i·dca moysi ꝛ ꝓphaꝝ q sunt efficacíº testimoníū
qz testimoníū moꝛtuoꝝ·audiāt g ea·moꝛtui em pñt mtiri· ſz scpta ñ
tē scriptura est vox dei cuí deus dat virtutē ad cōuertendū hoīes

Vnde loquente petro ce·s·s·sup·o·q̄ audi·ver·act·x·p̄s· Ecce da·vo·
s·vo·virtutis Sed dictum mortuorum est sine virtute aliqua Et hoc
patet in lazaro quē christus suscitauit ad cui⁹ dictum iudei nō sunt
conuersi·imo cogitauerunt eū interficere Hoc etiā patet in saule cui
samuel apparuit et dixit euentum belli qui nō correxit se neq; desti
tit a bello Sed quid plura Nec mortui nec viui ꝯuertunt peccato:
rem nisi deus tāgat cor·Exod·iiij· Ego indurabo cor pharaonis·id
est indurari ꝑmittam·et idcirco nō dimittet vos nisi in manu forti
Et si de⁹ tangat cor modica verba sunt necessaria Et ideo sumope:
re petendum est ꝙ deus tāgat cor Hoc euidentius patet in chri:
sto qui fuit melior predicator de mundo·qui descendit de celo·con
uersatus est in mundo·resurrexit a mortuis et de omni loco et de
omni re dixit mundo veritatem·et tñ mundus eū non audit nec fa
cit penitentiā Illi solum faciūt penitentiaꝫ q̄ꝝ de⁹ tāgit corda·qui a
deo sunt p̄destinati Actu xiij· Et crediderunt quotquot erant p̄or:
dinati ad vitam eternam Et sic patet quartum

De epistola sermo lxvij·

Deus caritas est·j·Ioh·iiij· Magna ignorantia et magna
negligentia est in homib̄ circa caritatē nam caritas est
illa margarita p̄ciosa ꝑ qua homo deberet omia vēdere
vt ip̄am haberet qꝛ ip̄a habita omia habent̄ et proficua
sunt Ro·viij· Dili·deū omia coop·in bonū Et ip̄a non habita nihil
habet̄ et penit⁹ omia nihil valent·j·Coꝝ·xiij· Si lin·ho·lo·et an·car·
aūt nō ha·nihil·s· Per defectū caritatis damnamur vt patꝫ in euan
gelio hodierno·et ꝑ caritatez saluamur Math·xv· Ve·bn̄·pa·m·pci·
re·ꝛc·esuriui em̄ ꝛc Beatus aūt iohes sicut sapiens et solers magr̄
cognoscens virtutem et bonitatem caritatis ad eam in epistola ho
dierna mirabiliter nos hortatur In qua quidez epl̄a septem facit
Primo ostendit ꝑfectam dei caritatē circa nos manere In p̄ncipio
epl̄e Secūdo exq̄ deus ita ꝑfecte nos amat hortat̄ nos mutuā dile
ctionem habere ibi Carissimi si deus dilexit nos et nos de·inuicē
di· Tercō oñdit fructū mutue dilectōis ī diligēte ꝯsistē ibi Deum
nemo vi·vnq̄z si dili·iui· Quarto oñdit sig̃ ꝑ q̄ fruct⁹ dilectōis ma
nere in nob̄ pt̄ veracit̄ apparē ibi In h̄ ꝯgno·q̄·in eo ma· ꝛ ip̄e i no·
q·d·sp̄ūsancto suo de·no· Quinto demonstrat signa ꝑ que apparet
perfecta caritas in nobis manere ibi In hoc ꝑfecta est caritas no·
Sexto quasi ꝯcludendo inducit nos ad dilectōnem dei et ostendit
ꝙ dei dilectōnem sine ꝓximi dilectōe non possumus obtinere ibi·
Nos ergo diligi·de·qm̄ ip·p̄·di·n·si quis ꝛc· Septimo oñdit vtrā
q̄ dilectōez scꝫ dei et ꝓximi sub p̄cepto fore ibi· Et hoc mandatum

habemus a deo. ¶ Primo g̊ ostendit pfectam dei caritatez circa L
nos manere. Que ꝓut hic colligit̃ apparet maxima q̃ntum ad quat:
tuor. ¶ Primo q̃ non seruū vel angelum vel aliā quālibet creatu
ram misit deus in mundū scz ad mundū illuminandū informandū
et de manu dyaboli liberandū sed filiū suū vnigenitū. Joh. xiij. Sic
deus dilexit mundū vt fi. su. vni. da. Bern̄. Domine quid est homo
q̃ memor es eius. nam mittis ei filiū tuū mittis ei spm̄ sanctū et ne
quid in curia celesti vacet in eius ministeriū mittis angelos tuos.
Heb. j. Omnes sunt administratorij spūs in ministeriū missi ꝓpter
eos qui hereditatem capiunt salutis. Et hoc est. In hoc appa. car. dei
in nobis. ¶ Secundo q̃ non aliquid vile vel modici valoris sic ve:
niens nobis apportauit sed vt viuamus p ipm̄. ij. pet. j. Per quem
maxima et p̄ciosa nobis ꝓmissa donauit. Melius quod est in vita
ista et ad quod omnia ordinant̃ est bona vita. Nam mundani ꝓ
bona et pingui vita corpis omnia faciunt. Ecc̄i. ¶ Omnis labor ho
minis in ore ip̄ius. Spūales aūt viri omnia faciunt ꝓ vita anime et
ad laudem dei. j. Cor. x. Siue g̊ manducatis siue bibitis vel aliud M
quid fa. omnia in gl̄am dei fa. Nota g̊ q̃ triplicem vitam a filio dei
habemus. Primo vitā nature. Act. xxvij. In ip̄o em̄ viuim⁹ moue
mur et sum⁹. Secūdo vitā gratie. Gal. ij. Viuo aūt iam n̄ ego. viuit
vero in me xp̄c. scz vita gr̄e. Joh. j. De plenitudine ei⁹ nos omēs ac
cepim⁹ gr̄am ꝓ gr̄a. Tercio vitā glorie. Joh. x. Ego veni vt vi. ha.
et abundanti⁹ hēant sup. q̃z angeli. q̃ erim⁹ beati in aīa ⁊ corpe. qd̄
angeli nō habent ¶ Tercio apparet maxima dei caritas q̃ gratis ⁊
prior dilexit nos Eph. j. Elegit nos in ipso ante mūdi ꝯstitutōnem
vt es. sancti et imaculati. Hiere. xxxj. In carit. ppe. di. te. id̄o attr̄xi te
mi ¶ Quarto q̃ d̄ filio suo vnigenito fecit hostiā ꝓ pctō nr̄o d̄lēdo
in q̃ mortui iacebam⁹ ꝓpt̄ quē reꝓpiciat⁹ ē et placat⁹ nob̄ de⁹. Eph.
ij. Propt̄ nimiā caritatē suā qua dilexit nos cū essemus mor. in deli
ctis no. ꝯui. no. christo cui⁹ g̊. es. sal Heb. v. Vna em̄ oblatōne con:
summauit sanctificatos in sempiternū Exēplū d̄ abraam cui de⁹ ha
buit ꝓ bono q̃ voluit filiū suū sacrificare Gen̄. xxij. Quia fecisti rē
hāc et nō pep. fi. t. vni. ꝓpt̄ me bn̄dicā tibi Hoc figuratū fuit qn̄ noe
egrediēs de arca obtulit sacrificiū deo cui⁹ odorē suauitatis adora:
tus est dn̄s. et ait ad eū. Nequaq̃z vltra maledicā terre ꝓpt̄ homies
Et sic patz p̄mū ¶ Secūdo ex hoc q̃ de⁹ nos ita pfecte dilexit et di
git nos debemus inuicem diligere. cui⁹ ratō est. q̃ si deus diligit
nos debemus ip̄m reamare. q̃ durus est anim⁹ qui et si nolit dile
ctōnē impendē saltim nolit rependē Nat̄a aūt amoris ē t̄nsferre ⁊
vnē amantē i amatū vt dic̄ aug̃. si g̊ diligim⁹ deū efficimur vnū in

voluntate cū eo·et p ꝯsequens que ille diligit ⁊ nos diligimus·sed
ipe diligit nos·g̊ ⁊ nos debemus inuicem diligere·Diligamus g̊
in omni homine imaginē dei et naturā ⁊ nō errorem ⁊ vicia·Aug·
Sic diligendi sunt homines vt non diligant eorum errores·Aliud
est em̄ diligere quod facti sunt·et aliud odire quod faciunt·Sed ve
mundo q̄ in hominib̄ nō diligit imaginē dei·ꝫ imaginē suam sc̄ꝫ
transfiguratōnem suam vl̄ vicioꝝ·Quantū ergo ad supradicta q̄t
tuor quib̄ dei dilectio demonstrat̄ esse maxima circa nos debem⁹
N inuicem diligere ¶Primo vt nosipsos exponamus in salutē pxi
morum ipsos exhortando et erudiendo ad vitam·ij·Coꝝ·xij·Ego
aūt libenter impendā ⁊ supimpendar ipe p animab̄ vestris·j·Cor·
ix·Cum essem liber ex omnib̄ omniū me seruū feci·vt omēs saluos
facerem· ¶Secundo vt meliora nostra pximis erogemus sc̄ꝫ bo
nam volūtate·compassionē cordis et hmōi interiora nostra Prou·
xxiij·Prebe fi·mihi cor tuū·Et si exteriora nostra impendimus·nō
vilia et porcis danda impendam⁹·ꝫ bona que p nobis tenemus¶
Tercio vt n̄ solū diligentes nos diligam⁹ sicut ethnici ⁊ pccores fa
ciunt·sed etiā nos nō diligentes p̄ueniamus in diligendo·Math·v
Diligite ini·ve·bn̄fa·his qui ode·vos· ¶Quarto vt faciamus hosti
am deo de corpibus nostris ipa macerando ⁊ castigando p salute
pximoꝝ et orando p ipis·Ro·xij·Obsecro vos p misericordiā dei
vt exhibeatis corpa ve·hos·vi·Ia·v·Orate p inui·vt sal·Eph·v·Am
bulate in dilectōne sicut ⁊ christus dilexit nos et trad·semetip·pro
no·obla·⁊ hos·do Si em̄ de⁹ olim placabat̄ hostia mortua·multoma
gis modo hostia viua· Sic fecit iudith exponens se morti ⁊ libera
uit ꝓplm suum Et sic patet secundū ¶Tercō ostendit fructum mu
tue dilectōnis·vt si terreat labor alliciat merces Fructus mutue di
lectōnis est ipe deus·qui est omne bonū·Gen̄·xv·Ego ero mer·c·
magna nimis·Si g̊ diligamus inuicem·deus quē nemo vnq̄ꝫ vidit
manet in nobis·et caritas eius in nob̄ pfecta est sm̄ qd̄ diligimus
quia si pfecte diligimus pfecta dei caritas est in nobis·si non pfe
cte sed sufficienter diligimus pfectō sufficientie caritatis est i nobis
O Ergo duplex est fructus mutue dilectōnis· ¶Primus est q̄ de
us per gratiā manet in nob̄ hic in anima ⁊ in futuro p gl̄am·Ioh·
xiiij·Ad eum veni·⁊ mansionē apud eū fa· ¶Secundus est q̄ eius
caritas manet in voluntate p quam omnia difficilia vident̄ nob̄ fa
cilia·quia diligenti nihil est difficile·et ideo opera penitētie diligen
ti sunt facilia·⁊ non diligenti impossibilia Math·xj·Tollite iugum
meū sup vos iu·em̄ meū suaue est et onus meum leue sup·amanti·
Sed impossibile est non amanti·Luc̄·xviij·Facilius est ca·p fo·acus

transire q̄z diuitem intrare regnum celorum. Diuitem inquam qui plus amat diuitias q̄z deum. Sed quid est quod dicit deuz nemo vidit vnq̄z. Contra Vidi dn̄m facie ad faciem ait iacob gen̄. xxxij. Ad qd̄ dicendū q̄ natura dei inuisibilis est. nec oculis corpis videri p̄t eo q̄ lucem inhabitat inaccessibilem. Exo. xxxiij. Nō videbit me homo et viuet. Potest tn̄ deus apparere cui voluerit in aliqua spē quā ipe elegerit nō q̄ natura formauerit vt dic̄ aug̃. Et sic apparuit patribus veteris testamēti q̄z p subiectā creaturā eis apparuit Esa. vj. Vidi dn̄m sedentem sup solium excelsum. Moyses aūt de quo d̄r nūi q̄ deus nō p somnia aut p enigmata apparebat ei. sic̄ alijs ꝓphetis. et q̄ dn̄s loquebat̄ ei facie ad faciē. que locutio accipienda est intus in aīma nō exteri⁹ in ore. vt dicit aug̃. aliter vidit deū q̄z om̄es ꝓphe q̄z vidit eum p essentiā sicuti est. nō oculis corpis sed mētis. nec sensibus corpis vtebat̄ in tali raptu. vn̄ in tali raptu aīma ei⁹ habebat se ad corpus sic̄ motor ad organū. Aīma em̄ tūc sua pn̄tia tenebat corpus ne dissolueret̄. nō aūt vegetabat corp⁹. et hic modus est patrie. Non em̄ tūc vegetabūt̄ corpa Et q̄ztum ad hoc fuit miraculum ibi. Vnde fuit quasi extra vitam mortalē quodāmō. Nec etiā vidit deū sine luīe glorie inherēte p modū passionis trāseūtis. Idem p omnia fuit in paulo. ij. cor. xij. Scio hoīem in xp̄o siue in cor. si. ex. cor. nes. deus scit raptū huiōi. vs. ad ter. ce. i. vs. ad visionē trinitatis. Nō ei alit̄ fuit ad celū delatus. Et sic patz terciū ¶ Quarto on̄dit signa p que apparet q̄ huiōi fruct⁹ dilectōis maneat in nobis. et sunt duo ¶ Primū signum quo nos intelligim⁹ q̄ huiōi fruct⁹ caritatis scz in deo manere ⁊ ipe in nobis maneat ī nobis est datio spūssancti. id ē largitio donor spūssancti que deus nobis p spm̄sanctū donat. Gal. iiij. Qm̄ āt estis filij dei mi. de. sp. fi. s. in cor. ve. cla. ab. pat̄. Esa. xj. Req̄escet sup eū spūs dn̄i. spūs sapiētie et intellect⁹. spūs scie et pietatis spūs ꝯsilij et fortitudīs et replebit eum spūs timoris dn̄i. Qn̄ ergo ꝑpendim⁹ q̄ hec spūssancti dona manēt in nobis signū est q̄ deus in nobis maneat et nos in deo. ꝫ aliter et aliter. q̄z hō manet in deo sicut in loco ꝓprio. qd̄ sic pz. Res em̄ a loco ꝓprio quattuor hz. scz q̄etatōz. vitā. fructificatōz et ꝯseruatōz. Hec q̄ttuor hō hz ī deo ¶ Primo q̄z in deo quietat̄ et ī nullo alio Aug̃. Fecisti nos dn̄e ad te. et inquietū est cor nostrū donec requiescat in te. Mat. xj. Venite ad me om̄es qui la. et one. es. et ego refi. vos. Ioh. xvj. In me pacē habebitis. in mūdo aūt pressuram. ¶ Secūdo q̄z in deo viuit q̄z ipe est vita Ioh. xv. Manete in me et ego in vobis Si quis in me nō mansemit. foris sic̄ pal. et aresc. Vnde qui manet in deo nulla morte morit̄ sed transit de morte ad vitam vt in p̄cedenti sermōe dictū ē. ¶ Ter

cio qꝛ in deo fructificat ad vitam eternā·qꝛ in deo est radix operum
merentiū vitaꝫ eternā· Propterea em̄ opa nostra merent̄ vitā eter
nam qꝛ in deo sunt facta· Io·xv· Sic̄ pal·nō p̄t ferre fructū in semet·
nisi mā·in ui·sic ⁊ vos nisi in me mā· ¶ Quarto qꝛ in deo ꝯseruatur
sicut em̄ deus om̄ia fecit·ita om̄ia ꝯseruat·Gre·Sic̄ om̄ia ex nihilo
facta sunt·ita in nihilū tenderēt nisi manus om̄ipotētis ea teneret·
Propt̄ hoc petebat p̄s·Cōserua me dn̄e qm̄ speraui in te·Quia nisi
dn̄s cust·ciui·fru·vigilat qui custodit eā·Sic ḡ homo manet in deo
sicut in quietāte·viuificāte·fructificante·et ꝯseruante·Sed deus ma
net in homīe sicut nauclerus in naui et dn̄s in ciuitate·et rex in re
gno·qꝛ cū magna diligētia hoīem in quo manet dirigit gubernat
et ducit ad portā salutis Tho·v·Ego ducā et reducaꝫ·Esa·xxvj·Om
nia opa nostra opatus es in nobis ¶ Secundū signū ꝙ deus mane
at in nobis et nos in eo est testificatio fidei que sequit̄ a spūsancto
qui eī habꝫ spm̄sanctū libere ꝓfitet̄ fidē et testificat̄ xp̄m·Act·j·Ac
cipietis virtutē supue·s·s·in vos et eri·mi·testes in hr̄lm ⁊ in oī iu·⁊
sa·⁊ vsqꝫ ad ul·ter·Ideo apl̄i postq̄ꝫ receperunt spm̄sanctū publice
ꝯfitebant̄ qm̄ pater misit filiū suū mundū saluare·quē prius s̄m hūa
nitateꝫ viderāt·Quisquis ḡ ꝯfitet̄ veracit̄ et ꝯplete scꝫ corde ore et
opere·quoniā xp̄us est filiꝰ dei ꝑ naturā ip̄e in deo manet et deꝰ in
eo·alit̄ em̄ nō ē v̄a ꝯfessio nisi qd̄ ore ꝯfitetur ope adimpleat̄·Tyt·
primo ¶ Cōfitet̄ se nosse deum factis autē negant·Ro·x·Corde
credit̄ ad ius·ore aūt ꝯfes·fit ad sal·Tal̄ ergo fides sic ꝑfecta ē signū
manifestū ꝙ deus maneat in homīe et hō in deo·qꝛ deus caritas ē·
Caritas aūt facit hoīem manere in deo et facit eum ꝑfecte credere·
et veritatem testificari et bene opari·Quia vt dicit gre·amor dei nū
q̄ꝫ est ociosus·opatur em̄ magna·si est·Et sic patet quartū ¶ Qui
to demōstrat signa ꝑfecte caritatis in nobis id ē qn̄ in nobis est ꝑ
fecta caritas·Et ponit duo sig̃ ¶ Primū ē fiducia siue spes apparēdi
in ꝯspectu dei in die iudicij·ꝓpter spem em̄ retributōis debemꝰ de
siderare diem dn̄i·Phil·j·Cupio dissolui ⁊ esse cū xp̄o·Psal·Sitiuit
aīa m·ad te fon·ui·ꝛc·Aug·Non ꝓbatur ꝑfecta caritas nisi cū cepe
rit dies dn̄i desiderari·Sed cauendū est valde ne talis fiducia sit pre
sumptō·qꝛ cum spes sit certa expectatio futuroꝝ bonoꝝ ex gratia
et meritis ꝓueniens·tūc ꝯuincitur esse p̄sumptio quando alterum
istoꝝ deest·Si em̄ hō expectat regnū dei solū ex gratia sibi dari et
nō curat digna opa penitētie opari p̄sumptio est·Contra qd̄ apl̄us
ii·Thi·ij·Nemo coronabit̄ nisi qui le·cer·Math·iij·Penitentiā agite
appropinquabit em̄ regnū celoꝝ·Sil̄r si ex opibꝫ nostris tantū cre
dimus iustificari et beatificari p̄sumptō ē·Ro·vj·Grā dei vita etna·

Ty.iij. Non ex opibꝫ iu·que fecimus nos ꝫ ꝑm suā mi·sal·nos fecit
Oportet em̄ ꝙ talem fiduciam habeamꝰ ex gratia dei·et bonis que
fecimꝰ. Et hoc est qd̄ hic dicit̄. In hoc est pfecta caritas nobiscū vt fi
duciam habeamꝰ in die iudicij·qm̄ sicut ille est et nos sumꝰ in ꝫ mū:
do·id est tunc est pfecte caritatis signū in nobis qn̄ habemꝰ fiduciā
apparendi coram deo·et hoc quare·qꝛ sic̄ deus est supple pfectus q̄
solem suū oriri facit sup bonos et ma·et pluit sup iustos et iniustos
ita nos sumꝰ ꝓ modulo nostro pfecti·ꝛ lumē doctrine et caritatis
expādimus sup bonos et malos·et pluuias lacrimaꝝ fundimꝰ sup
amicos et inimicos orantes ꝓ psequētibꝫ et calūniantibꝫ nos ¶ Se
cundū signū pfecte caritatis est expulsio timoris vt qn̄ quis secure
et sine timore viuit. Circa qd̄ sciendū ꝙ septez sunt spēs timoris·scz
timor naturalis·humanus·mundanus·seruilis·initialis·filialis·et ti
mor sanctus siue reuerentie ¶ Primus est timor naturalis quo ti:
memꝰ naturaliter serpentē vel ensem nudū vel ascendere turrim·vl̄
huiōi. Talis timor neqꝫ peccatū neqꝫ meritū hz et talē timorē n̄ emit
tit caritas·qꝛ hoc timore timuit xp̄us videns appropinquare crucez
Marc̄·xiiij. Cepit iesus pauere et tedere ¶ Secūdus est hūanꝰ quo
homo timet carni sue·ne sibi aliqua molestia inferat̄·et talis p̄t esse
peccatū mortale et veniale. Mortale qn̄ ꝓpter timorez vulneris vel
mortis vel alicuiꝰ lesure corpalis hō peccat mortaliter. Io.xij. Qui
amat aīam·id est vitam suā intantū ꝙ ꝓ ea ꝯseruāda peccet morta
liter·pdet eam Veniale vero est qn̄ aliquis timens lesurā aliquam
corpis peccat venialit̄ anteq̄z velit eā sustinere. Hūc timorē ꝓut est
peccatū mortale excludit caritas. Math̄.x. Nolite timere eos qui oc·
cor·et post hoc nō habēt amplius q̄d faci. ¶ Terciꝰ est mundanꝰ quo
quis timet pdere bona mūdi·scz diuitias honores et talia·et iste sil̄r
potest esse mortale ꝛ veniale peccatū. Mortale qn̄ quis ꝓpter talez
timorem peccat mortalit̄. Veniale qn̄ ꝓpter eūdē peccat venialit̄. Io·
xij. Dilexerūt em̄ gl̄iam hoīm magis q̄z gl̄iam dei. Hūc similit̄ mit
tit foris caritas ꝓut est peccatū mortale. ¶ Quartꝰ est seruilis q̄ q̄s
abstinet a malo solū timore pene vel principaliter timore pene·vt
qn̄ vxor nō vult male agere solū ꝓpter vitupiū et nō ꝓpter honorē
viri vel dei. Vel qn̄ q̄s cauet a malo ꝓpter ꝯdemnatōz solū Hūc etiā
emittit caritas ¶ Quintꝰ est initialis quo hō ꝯuertit̄ ad deum·et in
cipit bene agere et a malo cauere·talis timor hz duos oculos vel re
spectus. Vnū et principalē habet ad deū ꝓpter quē bona agit. Alte
rū habet ad penā ꝓpter quē cauet a malo. Et talis est necessariꝰ inci
pientibꝫ et redeūtibꝫ ad deū·ꝓu·xv. In timore dn̄i declinat om̄is a
malo Ecc̄i.j. Timor dn̄i expellit peccatū. Nā qui sine timore est nō

poterit iustificari. Hunc similiter emittit pfecta caritas. sz caritas suf
ficiens nō emittit eum sed stat cum eo. Talis timor non ē in pfectis
viris ¶ Sextus ē filialis q̄ q̄s cauet a malo solū ꝓpter offensam dei ti
mens separi ab eo. Talis timor hz oculū solum ad offensaz dei. Hūc
timorē nō emittit caritas. imo stat cū caritate. qꝛ talis timor est pfe
ctoꝝ filioꝝ dei. ꝓuer. xxviij. Beatus hō qui semp est pauid⁹ Talis ti
mor est donū spūssancti. Iob. j. Erat vir ille iust⁹ et rect⁹ ac timens
deum ¶ Septim⁹ ē timor sanct⁹ siue reuerētie quo homo cū quodā
timore pio deum reueret q̄ etiam erit in patria. Psal. Timor do. san-
p. in se. se. Sic g̊ pfecta caritas om̄ez timorē excludit p̄ter naturalez
filialē et sanctū. Sufficiens vero caritas nō excludit initialē nec hūa
num nec mūdanū ꝓut sunt peccata venialia. Et sic patet quintum.
¶ Sexto ꝯcludēdo inducit nos ad dilectōz dei dicēs. Nos g̊ diliga
mus deū qm̄ ipe p̄. di. nos. Magna inuitatō ad amandū ē p̄uenire
amātē. Math. xxij. Diliges do. d. t. ex to. cor. t. ex to. aīa tua. et ex to.
men. t. Aug. Dn̄e celū et terra mare ⁊ om̄ia que in eis sunt dicūt mi
hi vt amē te. Et ista dilectio debz esse ita magna vt etiā ꝓximū ꝓpt
deū diligam⁹. Debem⁹ em̄ ꝓximū diligere in deo ⁊ ꝓpter deuz. Et
ideo nō potest esse q̄ hō diligat deū ⁊ odiat ꝓximū. qꝛ tantū diligit
homo q̄ztum ꝯgnoscit q̄ bonū sit. ꝓxim⁹ aūt ē bonuz magis ꝯgni
tum. Cum g̊ in ꝓximo sit imago dei. et p ꝯn̄s deus ꝯgnoscat i ꝓxi
mo sic in imagine sua. quō diligem⁹ deuz quē nō videm⁹ si ꝓximū
odiamus in quo relucet imago dei. et p hoc in ipo aliqualit deū ꝯg̊
scim⁹. si em̄ id qd̄ de eo ꝯgnoscim⁹ nō diligim⁹. quō id qd̄ n̄ ꝯgnosci
mus diligem⁹. Nisi forte dicat. Diligo ꝓximū inquātū est imago
dei sz nō aliter. Dicendū q̄ talis dilectio sufficit scz q̄ hō diligat ꝓxi
mū inq̄ztū est imago dei. et inq̄ztū deum imitat. ⁊ ei obedit. et in oī
bus alijs odiat eum. Talis dilectio sufficit. et tale odiū potest stare
cum dilectōne dei. In ꝓximo em̄ debem⁹ odire viciū. et diligere na
turā ac etiā in pentib⁹ Lu. xiiij. Si quis venit ad me ⁊ nō odit p̄rez
⁊ ma. suā nō p̄t meus esse discipul⁹ Et sic pz sextū ¶ Septimo on̄dit
q̄ vtraqꝫ dilectio scz dei ⁊ ꝓximi cadit sub p̄cepto et sine vtraqꝫ nō
p̄t esse salus. vt pz luce. x. Diligo do. de. t. ꝛc̄ et ꝓximū tuū sic teipm
Imo finis om̄is p̄cepti ē dilectō. qꝛ in his duob⁹ mandatis vniuer
sa lex pendet ⁊ ꝓphete. j. Thi. j. Finis p̄cepti ē caritas de corde puro
et ꝯscia bona. ⁊ fide n̄ ficta. Ro. xiij. Qui diligit proximū legē adim
pleuit Nā nō adulter. non oc. nō fur. nō fal. test. di. et si qd̄ est aliud
mandatum in hoc verbo instaurat. dilige proximum tuum sicut te
ipm. Et sic patet totum

¶ Dominica secunda post trinitatis de euangelio ser. lxviij

SERMO LXVIII.

Homo quidā fecit cenā magnā et vocauit multos. Luc. xiiij. Sic dicit ioh. xviij. Christus venit in mundū vt veritati testimoniū phiberet. Ego inqt ad hoc natus sum et veni in mundū vt testimoniū phibeā veritati. Hec est aūt patens et lucida veritas. qr deus est in largitate et misericordia copiosus et hō est multa miseria plenus. Psal. Misericordia dñi plena ē terra. quantū ad primū. Et miser factus sum et cur. vsqz in finē. quantū ad secundū. Hec aūt duo pfecte ī h euāgelio demōstrant. In quo quidē euāgelio summarie tria ɔtinent. Primū est magnificētia diuīe bonitatis in magne cene prepatōne. In principio euāgelij. Secundū ē miseria hūane puersitatis in uocatoꝝ varia excusatōne. ibi. Et ceperūt simul omes excusa. primus dixit ꝛc. Terciuz est iusticia ɔtempte bonitatis in abiectoꝝ electōe ꝛ ɔtemptoꝝ reꝓbatōne ibi. Tūc iratus paterfa. dixit ser. su. Exi. ci. in pla. ꝛc. ¶ Primo g̊ ponit magnificētia diuīe bonitatis in magne cene prepatōne. Et h ē. Hō quidā id ē singularis fecit cenā magnā. Cuius singularitas apparet q̄ztū ad quatuor. Primo in nata qr nō solū hō simplex sz deus simul ꝛ hō Esa. vij. Vocabit nomē eius emanuel qd interp̄tat nobiscū deus. i. deus sil et hō. j. Thi. ij. Mediator dei et hoīm hō christus iesus. Scdo in virtute sua q̄ scz oīa ꝛ potēter regit et sapiēter gubernat. et benigne saluat. j. Coꝝ. j. Xp̄m dei v̄tutē et dei sapiam. Heb. j. Portās om̄ia verbo virtutis sue. Tercō in opatōne. Io. iij. Si opa nō fecissem in eis q̄ nemo alius fecit peccatū nō haberēt. Quarto ī sermōe Ioh. vij. Nunq̄z sic locutus ē hō Ioh. Verba vite eterne habes. Iste inq̄z hō fecit cenaz magnā. id est refectionē eternā suis electis prepauit. et vocauit multos imo om̄s generalit. sz multos vocauit specialit. et misit seruū suū. id est ordinē p̄dicatoꝝ. vt dic̄ g̊g̊. hora cene ē vltima etas mūdi in qua sumus ꝛ in q̄ mūdus finiet. j. Coꝝ. x. Nos sumus in q. fi. se. deue. j. ioh. ij. Carissimi nouissima hora ē. Que etas incepit a xp̄i passiōe. In hac g̊ hora misit xp̄us p̄dicatores dicē inuitatis scz p legē ꝛ ꝓphetas. vt venirent ad istā cenam. qr iam pata sunt om̄ia necessaria ꝛ ɔgruētia ad istā cenam. Ad euidentiā aūt istius prie ptis. et ad edificatōem nostrā. nota ꝙ magnificētia diuīe bonitatis ꝛ caritatis q̄ztuz T ad tria in hac cena demōstrat. ¶ Primo in magne cene prepatōne qr fecit cenā magnā. Vbi nota ꝙ christus electis suis duplicē facit seu pat refectionē. Primā pat aīme in p̄nti q̄ est refectō gratie. Secundam pat aīme et corpi in futuro. q̄ est refectō glie. De prima refectione determinat math. xxij. ca. q̄ vocat prandiū q̄ est refectō p̄ntis ecclie. Vn̄ ab illa ille q̄ nō habuit vestē nuptialē ꝓiectus est. qr a presenti ecclia multi excludūt. Hec aūt refectō de qua determinat lu- V

psal. 32. a. et psi 118. heth.
psal. 37. a.

vbi supra vocat̄ cena. q̄ hic p⁹ prandiū cena restat. post cenaz aūt am
plius nihil est sumendū. ita post grē refectionē restat glorie dele
lectatō. et post nihil ampli⁹ expectam⁹. q̄ ibi om̄e desideriū ꝯplet̄
Vnde ab hac null⁹ qui intrauit legit̄ expulsus fuisse. q̄ quisquis ad
hanc cenā semel intrauerit in ꝑpetuū nō exibit. Mathe⁹ g̊ determi
nat de refectōe gratie q̄ est ecclesie militātis. lucas vero de refecti
one glorie q̄ est eccl̄ie triūphantis Et q̄ refectō gratie ē via ⁊ ostiū
ad cenā gl̄ie. et sine ip̄a ad gloriā nō ꝑuenit̄. ideo primo de ip̄a dica
mus. scd̄o de cena glorie aliq̄d subiūgam⁹. Prima ē g̊ refectō grē
q̄ ꝯsistit in infusione virtutū. ⁊ collatōne donoꝝ spūssancti. q̄ dant
vitam aīme Eccī. xv. Cibabit illū pane vi. et intel. Hec est illa refectō
de qua dicit̄ apoc̄. iij. Ego sto ad osti. et pul. si quis ap. m. intro. ad il.
⁊ ce. cū illo In hac refectōe xp̄s ꝯmedit nobiscū ⁊ q̄d mirabile ē ip̄e
ē cib⁹ et pot⁹ isti⁹ refectōis. Ioh. vj. Ego sum panis viuus q̄ de ce
lo descendi Et iteꝝ. Caro mea vere ē cib⁹ et sanguis me⁹ vere ē po
tus. Hec est g̊ ꝑfectissima refectō. Nā om̄es effect⁹ quos refectio
corpalis imꝑfecte hz. hec ꝯplete et ꝑfecte hz et om̄em imꝑfectōem
excludit. nā refectio corpalis q̄ttuor facit in homie ¶ Primo nanq̄
delectat. ꝫ cū fastidio Nā i saturitate fastidit. ꝓ ū. xxvij. Aīma satu
rata calcabit fauū. et aīma esuriens etiā amaꝝ ꝑ dulci sumet. Vñ isti
magnates q̄ quotidie splendide epulant̄ fastidiūt et desiderāt appe
titū. Sed spūalis refectō sine fastidio delectat. imo semp dū sumit̄
auiditatē ingerit. Gre. Corpales delicie cuz non habent̄ graue desi
deriū accēdunt. cū vero habite edunt̄ ꝯmedentez ꝓtinus ꝑ saturita
tem in fastidiū vertunt. Econtra spūales delicie cū nō habent̄ in fa
stidio sunt. cum vero habent̄ in desiderio sunt. Eccī. xxiiij. Qui edunt
me adhuc esurient. et qui bi. me adhuc si. ¶ Secūdo nutrit et augm̄
tat hoīem. ꝫ cū defectu. q̄ vsq̄ ad tēpus Psal. Si aūt in potē. octo
gin. an. ⁊ am. eo. la. ⁊ do. Sz spūalis nutrit in ꝑpetuū. ⁊ augmētat vs
q̄ ad celū. Ioh. vj. Si q̄s manduc̄. ex hoc pane vi. in eternū In eodē
quarto. Aquā quā ego dabo ei fiet in eo fons aque saliētis in vi. et.
Hoc figuratū fuit in pane quē ꝯmedit helyas in cui⁹ virtute ꝑuenit
vsq̄ ad montē dei oreb. iij. Re. xix. ¶ Tercō ꝯuertit̄ in substantiam
hominis. sed cū sui ꝯsumptōe. Sz spūalis refectō ꝯuertit hoīez in de
um. ⁊ nō ꝯuertit̄ in ip̄m Aug. Cib⁹ sum grandiū cresce ⁊ manduca
bis me. nec tu me mutabis in te sicut cibum carnis tue. sed tu muta
beris in me ¶ Quarto satiat. sed cū multa iteratione. quotidie em̄
cibus corporalis sumitur Ioh. iiij. Omnis qui biberit ex hac aqua
sitiet iteꝝ. Sz spūalis refectō semel sumpta ꝑ totaz vitam replet ho
minē. Semel em̄ virtutes ⁊ dona infusa ꝑ totā vitam replent homi

mortale in ira scz ex inordīato appetitu vindicte. ⁊ ex vehemētia pas
sioīs ire. q̄ ꝯsurgit ex accēsione sanguīnis circa cor. Cū pctō āt veiali
sunt qn̄ ira nō pfecte a rōe regulat. vl quātū ad appetitū vīdicte vt

cum q̃s nimis aliquãtulũ appetit magnã vindictam q̃z iusticia ex
igat. vel quantũ ad modũ irascẽdi vt cum motus ire aliq̃ntulũ in
terius vl exterius nimis feruescit. vel qñ motus ire antecedit rõ
nem. Est em̃ ira materialiť diffiniẽdo accensio sanguinis circa cor.
Et ido qñ subito homo accẽditur absq̃z deliberatõe rõnis ꝫ statiz
a rõe regulať ita ꝙ nõ impedit rectitudinẽ rõnis ẽ peccatũ veni
ale. Glosa sup illud p̃s. irascimi ⁊ noli peccare. dicit. Venialis est
ira que nõ ꝑducit ad effectũ. Et sic ptz scdm ¶ Tercõ ponit ꝯsiliũ
salutare ꝑ qd̃ modus fiendi boni declarať dicẽs. Si offers mun⁹
tuũ ad al. i. in ꝯspectu dei ad christũ qui altare dei dr. iuxta illud
heb. xiij. Habemus altare de quo edere nõ habẽt potestatẽ. qui ta
bernaculo deseruiũt scz corpis. quoꝝ deus vẽter ẽ. Quodcũq̃z mu
nus sit siue ab obseq̃o in seruiẽdo christo. siue a lingua in p̃dicãdo
et laudãdo christũ. siue a manu in dando bona paupib⁹ ꝓpter chri
stum. Nam triplex ẽ munus scz ab obseq̃o a lingua ⁊ a manu. Et
ibi recordatus fueris ꝙ frater tuus hz aliquid aduersum te. qꝛ in
iuste offendisti eum. quocũq̃z mõ siue verbo siue facto offenderis
eum. Relinque ibi añ altare munus tuũ. i. añ christũ vt scz habeas
ꝓpositũ firmũ seruiendi deo. Tunc em̃ relinq̃s añ altare mun⁹ tu
um. cũ ꝓpositũ tuũ est firmũ añ deũ vt ei seruias. Sed vt g̃tiosius
et fructuosius sit seruiciũ satis facere debes p̃mo fratri si p̃sens est
si aũt ẽ absens vadas ad eũ in mẽte tua vt scz habeas firmũ ꝓpo:
sitũ cũ obtulerit se facultas ei plenarie satis faciẽdi. qꝛ vt dic̃ hilari
us nõ optet ꝙ vadas vltra mare si ibi est quẽ offendisti ad recon
ciliandũ sibi pedib⁹ corpis ꝫ motib⁹ animi. Et vt dic̃ chriso. Debe:
mus em̃ reconciliari sicut offendimus. vt si v̄bo offendimus v̄bo
recõciliemur. ⁊ si facto. facto. Et tũc munus nostrũ erit acceptuz
valde corã deo. ⁊ merebiť vitam eternã. In huius figura dñs mã:
dauit ꝙ sacerdotes ⁊ leuite sacrificaturi i tẽplo. p̃us deberẽt laua:
re manus ⁊ pedes. ⁊ habẽ specula affixa in labro eneo vbi lauabã
tur i quib⁹ respicerẽt ⁊ abstergerẽt oẽs feditates. vt ptz exo. xxv.
et. xxxviij. Et sic ptz tercium ⁊ consequẽter totum.

¶ De epistola sermo septuagesimus septimus.

Quicunq̃z baptisati sumus in christo iesu in morte ipsius
baptisati sumus. Ro. vj. Sicut dic̃ apl's. j. Cor. xiiij. qui
ignorat ignorabiť. ⁊ ido doctor ⁊ pastor dz esse valde
solicitus in docẽdo. ne populi ignorantia sibi imputeť
ad ꝯdemnatõz. Eze. iij. Sanguinẽ v̄o eius de ma. tu. req̃. Propte:
rea dic̃ apl's. j. cor. ix. Ve mihi si nõ euãgelisauero necessitas em̃

mihi incubit. Sil'r ppl's dēt esse valde solicitus audire ne ꝓpt ignorantiā damnet ⁊ malū agat. Esa. v. Propterea captiuus duc ē ppl'. in eo q sci nō ha. Et ido apl'us doctor gētium in fide ⁊ vitate fuit valde solicitus nos docere omnia necessaria ad salutē. Act. xx. Nō em subtersugi quomin⁹ annunciarē vobis omne ꝯsiliū dei. Prin cipiū aūt ⁊ fons salutis aīe sine quo nemo saluari pt est baptism⁹ Io. iij. Nisi quis renatus fuerit ex aqua ⁊ spūsancto nō pōt intrare regnū dei. Et ido in epl'a hodierna de baptismo pdicat apl's vt ipm cognoscamus ⁊ cognoscēdo in ipo ambulemus. ⁊ abluti ei⁹ virtute illibatā ꝯseruemus. In qua quidē epl'a apl'us quattuor facit. Primo innuit formā baptismi ⁊ vtutē eius quā tenere dēmus In pncipio epl'e. Scdo ostendit quo in baptismo christo mortuo ꝯfiguramur et sil'es ei esse dēmus ibi. Conse. em sumus cū illo p bap. in mor. vt quo resur. christus a mor. p gloriā patris ita ⁊ nos in no. ui. am. Tercō ostendit triplicem fructū si hanc similitudinē illibatā ꝯseruemus ibi. Si em ꝯplan. facti sum⁹ sil'itudini mor. eius. Quarto istū triplicē fructū hortat apostolus romanos quib⁹ loquebat habere ⁊ in illis omes nos quatenus nos habere velim⁹ ibi. Itaq ⁊ vos exist. vo. mor. quidē es. pec. vi. aūt deo in christo iesu do. no. ¶ Primo g innuit apl'us formā baptismi ⁊ vtutē eius dicens. Quicunq bap. sumus in christo iesu. i. in forma baptismi quā tradidit christ⁹ iesus. Que ē. Petre vl martine. ego te baptiso in no. pa. ⁊ fi. ⁊ spūssancti. vt ptz math. xxviij. Docete inquit omes gētes bap. e. in no. pa. ⁊ fi. ⁊ spūssancti. Vl in baptismo quē instituit iesus christus. ⁊ quantū ad materiā ⁊ quantū ad formā. qr nisi fiat in aqua ⁊ supradicta forma vbor seruet nō est baptismus. Vel in baptismo in q opat iesus christus. qr virtus baptismi nō est ab aqua. neq a verbis. neq a baptisante. neq a baptisato. sz a iesu christo. q̄zuis mediante aqua ⁊ vbis christus ꝯferat vtutē in baptismo. Vn aq ⁊ verbū non sunt mediū p qd baptismus opatur sic p cām efficientē pncipalē. sz sunt mediū in quo ꝯfert salus et sine q baptismus nō ꝯfert. Quicūq g sic baptisati sumus i morte ipsi⁹ christi baptisati sum⁹. i. in efficacia ⁊ vtute mortis xpi baptisati sumus qr vtus mortis christi in baptismo opat ⁊ p baptismū nobis applicat. qd pz qr omnia illa q mors christi hz efficere in nobis in baptismo ⁊ p baptismū nob applicant ⁊ effectū habet ⁊ nō an baptismū. Ergo baptismus hz efficaciā ⁊ opat in vtute mortis christi. Et qr causa pmaria magis ē influens sup causatū cause secunde. ido potius dēmus dici baptisati ⁊ mūdati in morte christi. V q̄z in baptismo. Sunt aūt nouem q hz in nob efficere mors christi.

que in baptismo nob̄ ꝯferunt̄. ¶ Primū est mūdatio aīe a culpa
et macula peccati. Nā christus pēdēs in cruce oīa peccata deleuit
Apoc̄. j. Lauit em̄ nos a pec. no. in san. suo. Hec mūdatō ꝯfert̄ no-
bis in baptismo. Vn̄ baptismus sic̄ lauat exterius corp⁹ sic mundat
interius animā. Eze. xxxvj. Effundā sup̄ vos aquā mundā ⁊ mū. ab
omni. inq̄. ve. ¶ Scd̄m ē ablatō pene. q̄ christus pendēs in cruce
sustinuit penā sufficientē ꝑ oib̄ peccatis q̄ facta erāt vel fieri pote
rāt imo sustinuit penā excedētē peccata centūmiliū mūdoꝝ. Esa.
liij. Vere lang. no. ipe tulit ⁊ do. no. ipe p̄. Et infra. Et do. po. in eo
iniq̄. oīm nostrū. In huius figura vt dic̄ aug̃. de latere christi pen
dētis in cruce exiuit sanguis ⁊ aq̄. vt pz ioh̄. xix. Sanguis solutō-
nis ⁊ redēptōnis ⁊ aq̄ ablutōnis. Et in huius signū dic̄ apl̄us ad
col̄. ij. q̄ christus cirog̃phū delicti qd̄ erat ꝯtrariū nobis tulit de
medio ⁊ affixit illud cruci. Nā quādo solutū ē debitū cirog̃phū di
laniat̄. Hoc totū opat̄ in nob̄ baptismus in v̄tute passionis christi
Quia vt dic̄ aug̃. In puulis delet peccatū originale. in adultis aūt
originale ⁊ actuale. Et ido baptisato nulla pnia ē iniungēda. Sed
cōtra. Peccatū nō p̄t ordinari nisi p̄ penā vt dic̄ aug̃. Et sil̄r sicut
nullū bonū manet irremuneratū. ita nullū malū remanet impuni
tū. vt dic̄ aug̃. Et dicēdū q̄ peccata eoꝝ q̄ baptisant̄ punita sunt in
corpe christi in cruce. cuius mēbrū homo efficit̄ in baptismo. Vnū
aūt mēbꝝ bn̄ p̄t pati penā ꝑ alio. Nā caput amputat̄ ꝑ vulnē qd̄
manus inflixit. ¶ Terciū ē refrenatō ꝯcupiscētie male. Nā chri-
stus pendēs in cruce eneruauit ⁊ ꝯfregit vires peccati vt vltra
nō dominent̄. vt dic̄ aug̃. Et in huius figura vt ipe aug̃. dic̄ māda
uit dn̄s moysi vt suspendēt serpentē in ligno vt pz nūi. xxj. Serpēs
venenās homines ē ip̄m peccatū occidēs hoīes in anima. qd̄ suspē
sum ē in ligno crucis. Suspensus āt vl̄ crucifixus. nō hz vires nisi
soluat̄. sic hō nisi recedat a cruce. peccatū nō pōt ei nocere. Pecca
tū solū in cruce ē ligatū. alibi aūt vires hz magnas. Hoc ꝯfert̄ no
bis in baptismo. nā p̄ dei g̃tiam q̄ in baptismo ꝯfert̄ ꝯcupiscentia
refrenat̄. ⁊ peccatū p̄dit vires nec vlterius p̄t nobis dominari. ni
si velimus. Et h̄ pz in alijs natōnib̄ q̄ baptisate nō sunt. nā ꝯcupi-
cētia magis feruet in eis. ⁊ peccatuz magis dominat̄ eis q̄z his q̄
in v̄tute baptismi se ꝯseruant. Patet etiā h̄ in peccatorib̄ quibus
peccatū dn̄atur. nā christiani peccatores exciderūt ab hac v̄tute.
¶ Quartū ē liberatō dyabolice potestatis. Nā christus in cruce
vicit dyabolū ⁊ totū exercitū ei⁹. Aug̃. Manu inermi ⁊ affixa cru
ci debel. aere. pote. Et religauit eū in inferno vt pz apoc̄. xx. Esai.
xiiij. Verūtn̄ in inferno detraheris in ꝓfundū laci. Et p̄ ꝯn̄s nos

oēs a ꝓtestate diaboli eripuit·Col·j·Qui eripuit nos de potestate tenebraꝝ et trā·in reg·fi·dilectōis sue·Hoc āt nob in baptismo ꝛferē·qz cū dyabolus nob nō dñet misi p peccatū·ꝛ peccatum in baptismo tollat vt dictū ē·liquet qz in baptismo a dyaboli potestate eripimur· Vñ cantam⁹ Caput draconis saluator ꝛtriuit in iordanis flumine ab eius potestate nos oēs eripuit·Hoc fuit figuratū exo·xv·qñ in mari rubro pharao cū toto exercitu suo submersus ē·Mare rubrū ē baptismus rubricat⁹ sangne christi·Psal·Cōtriuisti capita draconū in aquis· Quintū ē vestitō honorabilis vestis vtutū·Nā christus in cruce ꝛfecit mirabilē vestē virtutū·Quia vt dic aug·oēs vtutes fuerunt in cruce nec exemplū alicuius vtutis ad informādā vitā nostrā totā abest a cruce·Hec vestis fuit figurata p tunicā incōsutilē christi quā christus reliqt peccatoribꝫ induendā q nō potuit scindi·qz nullus pt eā habere ptes misi totā·Hanc tunicā induit nobis in baptismo deus·qz baptisato oēs vtutes infundunt·In baptismo em hō nascit ad vitam gratie·ꝛ exuit totā vestē veterē ꝛ ideo remanet nudus·ꝓter qd deus parat ei dictā vestē mirabilē·q nunqz putrescit·q renouatur de die in die·q tenet hoiem calidū in amore dei·q custodit eū ab omni lesura·ꝛ facit dignū nuptijs sponsi eterni·quā qcunqz nō habuerit d illis nuptijs cū damno ꝛ vituperio expellet·Mat·xxij· Amice quō huc intrasti nō habens vestē nup· Et in signū huius moleuntꝛsuetudo qz ꝛpatres ꝛ ꝛmatres donāt tunicā puero quere apud celū·in eo qz obstaculū scz peccatū qd nos ꝓhibebat intrare amouit ꝛ vtutē intoeūdi ꝛtulit·Totū hoc fit nobis in baptismo·ad qd significandū christo baptisato aptū est celū vt ptz mat·iij·Quare em tunc aptū fuit celū·cū nec ingredi nec egredi aliqs tūc de celo debebat·misi qz significaut qz baptisato celū aperit· Ceptimū ē habitatō totius trinitatis·Nam in cruce tota trinitas in christi humanitate fuit·qz vt dic aug·induisa sunt opa trinitatis· q̄zus em passio soli filio appꝛiet ꝛ solus filius dicat passus·tn tota trinitas fuit passione opata sicut ꝛ incarnatōez·Iob·xxij·Nonne credis qz ego in patre ꝛ pater in me ē·Ibidē·Pater in me manens ipe facit opa·Et sitr ē de spūsancto·Hec aūt habitatō trinitatis ꝛ deitatis in christo nō fuit cognita misi p mortē xpi qz in morte omnia elementa testata sunt christū esse verū deū·Vñ ille centurio dixit·Vere filius dei erat iste·Iob·xix·Et ideo trinitas dei ꝛ deitas christi nō habitauit in cordiby hominū p verā fidē misi p mortē christi·Et ideo christus ait iob·xvj·Expedit vobis vt ego vadā-

Si em̄ nō abiero paclitus nō veni ad vos · ⁊ nisi formā hūanitatis subtraxero · me vt verꝝ deū nō ꝯgnoscetis · vt dic̄ greg̃ · Hec autē habitatō fit in nob̄ in baptismo qꝛ p baptismū ⁊ in baptismo fit hō tēplū dei · j · Coꝝ · iij · Templū dei sanctū ē qd̄ estis vos · Ibidē · Nescitis qꝛ templū dei estis · ⁊ spūssanctus habitat in vob̄ · Nā in baptismo mundat̄ aīa ab omni peccato ⁊ v̄tutib̄ adornat̄ vt dictuꝫ ē · ⁊ p ꝯn̄s fit dignū habitaculū dei · Et ideo in collatōe baptismi trinitas inuocat̄ · Et h̄ fuit figuratū in christo baptisato · nā ibi tota trinitas apparuit · pater in voce · spūssanctus in colūbe specie ⁊ filius in hūanitate ¶ Octauū est adoptio filioꝝ dei q̄ facta fuit in cruce · nā christus in cruce fec̄ pacē inter deū ⁊ hominē · ⁊ ad magnuꝫ amorē dei reduxit hominē · intantū ꝙ deus adoptauit eū sibi in filium · Et ideo statim christo mortuo hereditas filij data est hoī scꝫ vita eterna · qꝛ vt dic̄ apostolus ad ro · viij · Si filij ⁊ heredes · he · q̄dem dei coheredes aūt christi · Lu · xxiij · Hodie mecū eris in paradiso · i · sic̄ filius adoptiuus eris heres glorie patris mecū · Hec autez adoptō fit in baptismo qꝛ ibi renascimur in filios dei · in vtero ecclesie · ⁊ ideo extūc vocamur christiani · i · filij ⁊ fratres christi · j · Ioh̄ · iij · Videte q̄lem ca · de · no · de · vt filij dei no · ⁊ simus · Gal̄ · iiij · Quoniam aūt es · fi · di m · de · s · fi · s · in cor · ve · cla · ab · pat̄ · Et in hui⁹ figura sup christū baptisatū venit vox dicens · Hic ē filius meus dilectus ¶ Nonū est ꝯsignatō electoꝝ · Nā in cruce ꝯsignati sunt electi a reprobis · nā latro pendēs ad dexterā christi ⁊ credens vere ip̄m esse filiū dei ⁊ innocēter patientē · deuote se ei recōmendans · signauit om̄es electos qui p christi passionē saluabunt̄ · latro v̄o pendens ad sinistrā ⁊ blasfemās eū · nec in eū credēs signauit om̄es reprobos q̄ ex passione christi nihil boni reptabūt sed malū · Hec autē ꝯsignatō fit in baptismo · nā in eo imp̄mit̄ caracter · qui ē qd̄dam signū distinctiuū christianoꝝ ab alijs in aīa existens · p quē hō fit abilis ad recipiendū sacramenta ecclesie · nā sine tali nullū sacramētū pōt q̄s accipe · Et h̄ figurat̄ p hoc · ꝙ in baptismo inungit̄ baptisandus in modū crucis qꝛ in baptismo recipit̄ caracter vt qd̄dam signū crucis distinctiue vt aliqui cruce signant̄ ad aliq̄d speciale · Ezech · ix · Signa thau sup frontes viroꝝ dolentiū ⁊ gementiū · Et sic pꝫ p̄mū ¶ Scd̄o on̄dit qūo in baptismo christo mortuo ꝯfiguramur ⁊ sil̄es ei esse debemus · qꝛ immersio pueri in aquā · significat sepulturā christi · ⁊ trina immersio signat triduū sepulture xp̄i ⁊ erectō pueri de aq̄ signat resurrectōꝫ christi · Ergo in eo ꝙ in aq̄ immergimur ꝯsepelimur xp̄o mortuo vt deinceps mortui simus mūdo ⁊ in eo ꝙ de aq̄ eripimur cōsurgimus cū christo de morte

cz peccati Quo g christus resurrexit a mortuis p gloriaz patris
i. ad honorē ⁊ gloriā patris ita ⁊ nos postq̄z in baptismo mortui
fuerimus omib⁹ peccatis ⁊ mūdo ⁊ vite veteri que ē scd̄m carnez
debemus resurgē de morte culpe ad vitā g̃tie. ⁊ in nouitate vite
spūs ad dei honorē ⁊ gloriā ambulare. Eph. v. Surge q̄ dormis
et exurge a mortuis ⁊ illuminabit te christus. Dicit aūt vita spūs
nouitas vite. qr vt dicit apl'us. j. Cor. xv. Prius qd animale ē de
inde qd spūale. Et ido vita spūs dicit nouissima vita. j. Cor. ibidē
Primus hō de terra terrenus. scd̄us hō de celo celestis. Et ido sic
portauim⁹ imaginē p̄mi hois. ita ptemus imaginez scdi hominis
scz christi q̄ scd̄m deū creatus ē in iusticia ⁊ sanctitate cuius filij fa
cti sumus. ⁊ quē in baptismo ꝓmisimus imitari. Eph. v. Imitato-
X res dei estote sic filij carissimi. Hec autē nouitas vite in decē con-
sistit ¶ Primo in baptismi susceptōe. Ioh. iij. Nisi q̄s renatus fue
rit ex aq̄ ⁊ spūsancto nō p̄t introire in regnū dei ¶ Scd̄o in mem
broꝝ mortificatōe. ij Cor. iiij. Semp mortificatōez christi iesu in
corpe nostro circūferentes. vt ⁊ vita ip̄ius in corpib⁹ nostris ma
nifestet ¶ Tercō in honoꝝ ⁊ diuitiaꝝ mundi renunciatōe. Luce.
xiiij. Nisi q̄s renun. omni. q̄ pos. nō p̄t me⁹ esse discipulus ¶ Quar
to in mandatoꝝ di obseruatōe. Math. xix. Si vis vitā ingredi ser
ua manda ¶ Quinto i iniuriaꝝ dimissione. Lu. xvj. Dimittite ⁊ di
mittemini ¶ Sexto in dei ⁊ ꝓximi pfecta dilectōe. Mat. xxij. Di-
liges dn̄m deū tuū ex toto corde tuo ꝛc. Et ꝓximū sic teip̄m Se
ptimo in vere penitentie assumptōe. Lu. xiij. Ita dico vob̄ nisi pe-
nitentiā ege. om̄es simul pibitis. ¶ Octauo in mortis meditatōe
Eccli. vij. Memorare nouissima tua ⁊ in eternū nō peccabis ¶ No-
no in passionis christi recordatōe. Tren. iij. Memorare pauptatis
et trans. m. absin. ⁊ fellis. Memoria memor ero ⁊ ta. in me. ani. m.
Bern. Visa christi passione q̄s est tā delicōsus q̄ nō ꝯtineat. tā ma
licōsus q̄ nō abstineat. q̄s tam iracūdus q̄ nō ꝯdonet. ¶ Decimo
in vite eterne certa expectatōe. Thob. ij. Filij sanctoꝝ sumus et
vitā illā expectamus quā deus daturus ē his qui fidez suā nunq̄z
mutant ab eo. Psal. Credo vidē bona dn̄i in terra viuentiū. Et sic
Ypz scd̄m ¶ Tercō ostendit triplicē fructū si sic in hac vite nouita-
te ambulauerimus. p quā christo sil'amur ¶ Primus est resurre-
ctō p̄ma scz g̃tie. Apoc. xx. Beatus q̄ habet ptem in resurrectōne
p̄ma. Quia si ꝯplantati. i. simul plantati facti sum⁹ sil'itudini mor
tis eius. ⁊ hoc in baptismo. simul erimus ꝯplātati facti sil'itudinis
resurrectōis eius. i. si in plantatōe qua p baptismū plantamur in
ecclesia dei fuerimus sil'es morti christi. vt sic xp̄c semel mortu⁹

est ⁊ mors illi vltra non dñabit· ita ⁊ nos postq̄z semel fuerimus
mortui in peccatis ⁊ delictis nostris· ⁊ ab ipsis in baptismo fueri
mus mūdati· nō moriamur amplius in peccatis· tūc erimus chri
sto sil̄es resurgenti· q̄ resurgēs a mortuis iam nō morit· ⁊ sic ha
bemus resurrectōz g̃tie similē resurrectōni christi in nouitate vi
te firmiter ambulātes· ⁊ sic semp cū dño erimus q̄z ⁊ in morte et
in vita sumus ei sil̄es ¶ Scd̄s fructus ē eneruatō ꝯcupiscentie ⁊
destructō peccatoꝝ· q̄z in tali ꝯplātatōe ⁊ sil̄itudine mortis ⁊ re
surrectōnis christi· q̄ fit in baptismo· p quā in nouitate vite ambu
lamus· vetus hō noster· i· ꝯcupiscētia carnis· q̄ vetus hō dicit̄ q̄z a
vetere hoīe adā tracta ē· crucifigit̄· i· p grām dei auferunt̄ ei vires
vt nobis dñari nō possit· ⁊ corpus peccati· i· ꝯgeries peccatoꝝ si
militer destruit̄ in baptismo vt dictuz est vt nob̄ dñari nō possit
nisi velimus· q̄z q̄ mortuus est peccato scz in baptismo· iustificatus
et mundatus ē ab ipo peccato· ⁊ q̄ntū ad culpā ⁊ q̄ntū ad penā· vt
dictū est· Vl̄ aliter ⁊ melius dicendū est· q̄ hic reddit rōnem isti⁹
p̄mi fructus· q̄z si ꝯcupiscētia carnis est debilitata ⁊ refrenata ita
q̄ nō p̄t nos cogere ad peccandū· ⁊ ꝯgeries peccatoꝝ est destru
cta· poterimus esse sil̄es christo resurgēti· vt scz amplius nō mori
amur peccato a q̄ sumus iustificati ⁊ mundati ¶ Tercius fructus
est resurrectō scd̄a scz glorie q̄z credim⁹ v̄aciter q̄ si mortui fueri
m⁹ in hac vita mūdo ⁊ peccatis sic̄ christus mortuus fuit· ⁊ in chri
sto ⁊ ꝓpter christū mortificauerimus mēbra nostra· viuemus sil̄
cū christo vita beata ⁊ ꝑpetua· q̄ christus viuit· q̄z ipe resurgēs a
mortuis· nō amplius p̄t mori· neq̄z mors p̄t ei dñari· Nā q̄ mortu
us est peccato· i· ꝓpter peccatū tollendū ⁊ destruendū· mortuus ē
semel· i· vna eius mors suffecit ad peccatū delendū ⁊ hoīes iustifi
candū· Heb· x· Vna em̄ oblatione ꝯsummauit in sempiternū iusti
ficatos· Sed q̄ mō viuit viuit deo i· in deo· qui ē vita ꝑpetua· Io·
xi· Ego sum resurrectō ⁊ vita· Et sic q̄ mortuus fuit semel· h̄ fuit ī
q̄ntū hō vt ꝓ hoīe satisfaceret· Sed mō viuit in q̄ntū deus q̄ est
vita eterna· ⁊ mori nō p̄t· qua vita etiā nos viuem⁹ Ioh· xvij· Vo
lo pater quos mihi dedisti vt vbi ego sum ⁊ illi sint mecum scz in
eadē vita· Et sic ptz terciū ¶ Quarto istū triplicē fructū hortatur
apl̄us romanos· quib⁹ loq̄bat̄ habere ⁊ in illis om̄es nos· q̄z om̄es
debemus nos existimare in vita ista mortuos esse peccato ⁊ mū
do· ⁊ viuētes deo· i· ad honorē dei· Col· Mortui em̄ estis mūdo et
vita vr̄a abscōdita ē cū xp̄o in deo· Et h̄ ē qd̄ ipe dic̄ in xp̄o iesu· i·
in forma ⁊ exēplo christi iesu· ⁊ in v̄tute iesu xp̄i· q̄z sine ipo sic vi
uē nō possum⁹· Io· xv· Sine me nihil potestis facē· Et sic pz q̄rtū

Dominica septima de euangelio sermo lxxviii.

Cum turba multa esset cū iesu nec ha. qō mā. z tio dī
ait illis miſereor ſup turbā ꝛc. Mar. vnj. Sicut pz iob.
vj. Christus vocat se vnū z vez panē. Ego sum mq̄t
panis vnus q̄ de celo descendi. Et q̄ duplex est vita scz
aie z corpis. ido dupliciter nos pauit scz q̄ntū ad aiam exēplo ca-
ritatis z vbo vitatis nos informando Act. j. Cepit iesus facere z
docere. Et q̄ntū ad corpus pane materiali reficiendo. vt in ꝑ euā-
gelio ptz. In q̄ q̄dē euāgelio q̄nq; summarie ꝛtinent. Primū est
christi miseratō ſup turbā indigentē. In ꝓncipio euāgeli. Sed im
ſponderūt discipuli ſui. Vñ istos q̄s poterit ꝑ saturare pamby in so-
litudine. Tertiū est christi interrogatō vt refectōz miraculosā
faceret euidentē ibi. Quot panes habetis. Quartū ē modus quez
tenuit ſup refectōez quā mandauit appoñ añ turbam famescente
ibi. Et ꝓce. tur. discū. ſup terrā z accipiens septē panes. g. agēs gre-
et de. di. ſ. vt ap. Quinto subiungit euāgelista núm ſportaꝝ de reli
quiꝫ ſublataꝝ z núm manducantiū ad dei gloriā z nostrā īstruc-
tionez ibi. Et ſustu. q̄d supa. de frag. sep ſpor. erant aūt qui mandu-
cauerūt quasi quattuor mlia z dimi. e. Primo g̃ ꝓmit dei miseratō ſu-
p turbam indigentē. q̄ turbe nō habentis vt z mederet miſertus
est. Et ꝑ ē Miſereor ſup turbaz. Et q̄ oīnis creatura debet creato
rem ſuū ſequi. ido filius di postq̄ miſertus est hominis. oīnis cre
atura miſerta ē ei. Olim em̄ erant q̄ttuor ꝺ̄ncōpassibilia homini. f.
deus. angeli. celū. z mors. Nā deꝰ hominē ſibi recōciliare nolebat.
angeli animas nostras ad celū deportare recusabant. celū erat ho
mini clausum. z mors oīnes ad tartara demergebat. ꝑ postq̄ te
nus homini est miſertus eū ſibi recōciliauit. āgeli animas nostras
ad celū deportant. celū manet aptum. z mors miſi volētes ad tar-
tara demergit. Et tanta fuit di miseratō circa hominē. q̄ hec quat
tuor placauit z ſibi ꝓpassibilia fec. Et ꝑ est q̄ dic Miſe. ſup turbā.
Et volo q̄ oīnis creatura eius miſereat. Notandū aūt q̄ quattu-
or mouerūt christū ad turbe miserendū z pascendū ſcz ꝑetas na-
turalis. núositas popularis. pemitentia ſalutaris. z indigentia rei
familiaris Primū fuit ꝑetas naturalis. Christꝰ em̄ fuit verus
deus z verus hō. ex vtraq; aūt pte fuit misericors. nam inquan
tū hō ꝓcessit ex ꝓgenie dauid. cuius misecōia z clemētia in scriptu
ra magnificat z ꝓdicat. Isa. lv. Mias dauid fidelis. Et. j. Mach. ij.
Dauid in ſua misecōia ꝓsecutus est sedē regni in secula. Et ꝑ alle-

Clamauit chananea petens misereri filie sue d· Miserē m· fi· da· math·
xv· Quasi diceret· Ex patre tuo habes q̄ sis misericordissim⁹· Hoc
etiā allegarūt milites benedab regis sirie dicētes· Audiuimus q̄
reges israel clementes sunt ⁊c· vtz in libro regū· Dicit māntū de⁹·
omnino sibi est ꝓ̄pium ⁊ naturale misereri· Greg· in collecta · De
us cui ꝓ̄pium est misereri semp ⁊ pcere· Ps· Miserationes eius su
per omnia opa eius· Dumire aūt ē extraneū ⁊ alienū a deo· Esa· xxv·
nij· Vt faciat opus suū alienū est opus eius ab eo Opus dei ē om
nia ordinare q̄ sapiētissimus est cuius ꝓ̄pium ē ordinare· Sap· xi·
Omnia ⁊stituisti in mūo·pondere· ⁊ mensura· Peccatū aut nō ꝑt
aliter nisi p penā ordinari p quā reducit ad ordinē iustitie· Et ido
deus vt hoc opus suū faciat scz vt reducat peccatorē p penā ad or
dinē iustitie· alienū est ꝑ opus suū scz punire ab eo id ē sibi nōz pe
tit ꝑm naturā· Et ido deus imute punit ⁊ cū dolore· Esa· j· Heu cō
solabor ego sup hostib⁹ meis ⁊ vindicabor de inimicis meis· Et iō
multū expectat peccatores vt nō puniat ꝛ̄ misereat eoy· Esa· xxx·
Propterea expectat deus vt misereat nostri· Exēpluz de ape q̄ na
turaliter mellificat· ⁊ ⁊citata pungit· Sic fac̄ deus· Nā in ꝓncipio
omnib⁹ creaturis magnā gtiam ⁊ misedíam fec̄ · ꝛ̄ postea ⁊citatus
peccatis expulit angelos de celo· ⁊ homines d̄ paradiso· ⁊ misericor
dia eius in celo videbat recusa· Ps· Dne in celo misedia tua· In
⁊cessu vo tpis itey incepit misedia3 suā extēdere in quandā ꝓ tem
tere· ⁊ ad quēdā ꝓ̄pium scz iudeoy· quē plātauit ⁊ multis gtijs ⁊
mirabilib⁹ bnificijs ē ꝓsecutus ⁊ suā noticiā ei dedit Ps· Notus
in iudea deus Et q̄ nō poterat amplius in ira misedíam ⁊tinere
eo q̄ ⁊tra naturā suā erat· ido misit filium suū vt omniū misereretur ⁊ omnib⁹ magnas gtias faceret· Io· j· Gra ⁊ vitas p ihesuz chri
stū facta est. Et itey De plenitudine eius nos omes accepimus
gtiam ꝓ gtia· Et ꝑ est q̄d ꝑ dicit Misereor sup turbā supple omni
um ꝓ̄pter q̄ ecce iam triduo sustinent me id est p tria tpa expe
⁊tāt a me sibi misedia exhiberi scz tpe legis nate· tepe leg̃ scripte·
⁊ tempe gtie reuelate q̄ ecce p⁹ venīt mihi misedíam postulātes
nec hēt q̄d māducēt q̄ panis vin⁹ melior māna omis sapozis sua
uitatē hns q̄ de celo descēdit cib⁹ āgelo⁹ ⁊ pfecto⁹ hominū nōdū
erat ⁊stitut⁹· Et ido hō vsq̄ ad illud tps nō habuit cibū vtutis ⁊
vite ad ⁊mededū Sz xp̄c misertus ē eius ⁊ dedit ei cibū a ie ⁊ cor
pis in q̄ mag̃ ei⁹ mia designat Et nota q̄ xp̄i mia circa turbā ho
minū ꝑm omnē modū magtudinis mag̃ esse apparet· Nā q̄drupli
cit d̄r aliq̄d ee magnū· Primo aliq̄d d̄r ee magnū· i· altū vt tur·
ris mag̃· i· alta· Sic mia xp̄i ē mag̃ altitudine· q̄ vsq̄ ad celū ad q̄d

homines introducit Psal. Magnificata ē usqz ad ce. miscdia tua
¶ Scdo dicit aliqd magnū .i. pfundū vt puteus magnus .i. pfun
dus. sic mia christi est magna pfunditate. qr de inferno eduxit ani
mas defunctoꝝ. Psal. Misericordia tua ē magna sup me ⁊ edux.
ani me ex infer. inferi. ¶ Tercō dicit aliqd magnū .i. amplū vt pla
tea magna .i. ampla Sic misericordia christi ē magna amplitudi
ne. qr in toto orbe terraꝝ non ē q christi miscdiā n sentiat Psal.
Misericordia dni plena ē terra. ¶ Quarto dicit aliqd magnū id ē
lōgū. vt magna via id ē lōga Sic misericordia xpi ē magna lōgi
tudine. qr a seculo vsqz in seculū ⁊ ab eterno vsqz in eternū Psal.
Misericordia dni ab eterno vsqz in eternū. Et sic scdm omnē dime
sionē misericordia christi ē magna circa hominē Eph. iij. Hoc oro
vt possitis cōphendere cū omnibꝫ sanctis q est la. lon. pfun. ⁊ sub
B li. sup in misericordia christi. ¶ Secundū qd xpm mouit ad turbe
miserendū fuit nūositas popularis. qr turba erat multoꝝ hominū
in qbꝫ cerdendū ē. qꝫ multi erāt magni meriti. q dei bnficiū ⁊ mise
ricordiā meruerūt. Si em deus olim ad pces moysi vnius homi
nis diuisit mare. ⁊ eduxit aquā d petra. ⁊ pluit coturnices populo
israel. vt pz exo. xvj. et ad pces helye abstulit pluuiā ⁊ reddidit et
multiplicauit farinā et oleū illi vidue de sarepta sydoneoꝝ. vt ptz
iij. Re. xvij. multomagis nūc ad pces multoꝝ quoꝝ fames ad de
um clamabat multiplicabit panes. Math. xviij. Si duo ex vob cō
sen. sup ter. de. omni re. qcū pe. fi. il. a. pa. m. ¶ Terciū qd mouit eū
fuit penitentia salutaris q p triduū quo turba cū xpo fuerat desi
gnat Et h est qd dic Misereor sup tur. qr ec. iam tri. su. me. Mathe
us vo ait qr triduo pseuerāt mecū Triduū aūt penitētie est dolor
ꝯtritōnis pudor ꝯfessionis et labor satisfactōnis Hec est via triū
dieꝝ quā filij israel petebāt ire in desertū ad sacrificandū deo Exo
iij. Viam triū dierum ibimus vt immolemus dno deo nostro
Quartum quod mouit eum fuit indigencia reifamiliaris que ex
tribus causabat ¶ Primo ex ꝯsumptōne ciboꝝ quia vt dic christ.
p duos dies pcedentes omes cibos quos secum tulerāt iam ꝯme
derant ¶ Secundo ex penuria et ariditate locoꝝ quia in vasta soli
tudine erant ubi nec fructus terre nec cibi uenales inueniebātur
¶ Tercō ex distantia domorum. quidam enim de longe uenerūt et
a domibꝫ suis multū distabant Et ideo anteqz ad eas puenissent in
si comedissent defecissent in uia ut christus h dic Et sic patet pmuz
C ¶ Secundo ponitur discipulorum dubitatō super refectōne tur
be prouidenda Aiunt enim Vnde istos quis poterit hic saturare
panibꝫ in solitudine Nō em recordabāt alteriꝰ refectōis de qnqz

pānib⁹ ordeaceis ⁊ duob⁹ pīscib⁹ quā ante fecerat· vel si recordabā
tur eū. Per qđ pz q eū vez deū nō credebant· ꝫ credebant eū ma
gnū amicū dei· Joh· xiij· Tanto tpe vobiscū sum ⁊ nō cognouistis me·
Et sic pz scđm Tercō ponit christi interrogatō vt refectōez mi
raculosam faceret euidentē· Nit em ąt panib⁹· Qui dixerūt Septē
habereť ꝫ dū illi respondерūt septem quo paucōres essent eo am
plius ⁊ melius miraculū apparet· ⁊ notius fieret· En ꝫ ꝑ ipm chri
stum imitari debemus· vt opa nostra in luce vtutū sint facta· ad
dei honorē· ⁊ primi edificatōez· Matħ· v· Sic luceat lux ve· co· ho·
vt vr opa ve· bo· ⁊ gr̄i· đ· pa· ve· q̄ in celis est· Et ad phil· iij· Mode
sta vestra nota sit omnib⁹ hominib⁹· omnis em q̄ male agit odit
lucē· ⁊ nō vult venire ad lucez· vt nō arguant opa eius vt dicitur
Joh· iij· Cauendū ē tm nedū bono exemplo volumus primū edifi
care· vento vane gr̄ie circūferamur· et p ꝑns meritū pdamus· et
inter fatuas vgines deputemur· De quib⁹ dr· mat· xxv· q̄ vacuas
lampades tenebant in manib⁹ plenas vēto· Mat· v· Amē dico vo
bis re·mer·s· Qua ventū q̄sierunt ⁊ ventū p munere habuerunt
Vnde si de bono ogē qđ facimus temptatō vane glorie mentē pulset
et nos debiles ad ꝓsentiendū vel cadendū sentimus q̄ vētus val
de subtilis est· dēmus latēter bona facere· ⁊ plus nostrā salutē q̄z
primi edificatōez diligē· q̄ caritas ordinata incipit a seipa Vnde
mat· vj· Cū oraueris intra in cu·t· ⁊ clau·ostio ora patrē tuū Hic
cōdit exēplū đ q̄ greg· in dpalogo loquit de q̄dā pegrino ad hospi
cū recipiēte vt melior epō suo ab hominib⁹ haberet cuius filium
vnicū pegrinus in ignē piecit ⁊ disparuit vt daret intelligi quo
animo ⁊ merito fuisset receptus Et sic pz terciū Quarto ponit
modus quē christus tenuit sup refectōe quā mādauit apponi ante
turbā famescētē q̄ ꝓsistit in q̄ttuor Nā pmo mādauit turbe di
scubere sup terrā Secđo accepit septē panes ⁊ gr̄ias agēs fregit
⁊ multiplicauit ⁊ dedit discipulis suis vt daret turbe Tercō re
cepit paucos pisciculos ⁊ ipos bn̄dixit ⁊ multiplicauit ⁊ iussit ap
poni Quarto mādauit đ fragmētis q̄ supauerant septē sportas
impleri Et sic pz q̄ refectō ħ differt ab illa đ quinq̄ panib⁹ ordea
ceis ⁊ duob⁹ piscib⁹ quā narrat io· q̄ntū ad sex Primo q̄ ibi fue
rūt q̄nq̄ panes ħ vo septē Secđo q̄ illi fuerunt ordeacei· isti vo
tricei· q̄ qđ simpliciter dr panis de tritico ē· quod autē dicit pa
nis cū additamēto ē đ alijs frugib⁹ vt panis đ ordeo vel milio Hi
ąt sine additamēto dicti sunt septē pānes illi ąt q̄nq̄ pānes ordeacei·

Tercō qz ibi fuerūt duo pisces solū·ꝫ vō plures licet pauci ꝛ pt
iu Quarto qz illi sederūt sup fenū·isti vō sup nudā terrā Qui
to qz ibi fuerūt quinqz milia hominū ad manducandū hic vō qz
tuoz milia Sexto qz de illis·xij·cophini fragmentis plemi fuerūt
eleuati·hic aūt septē sporte fuerūt eleuate plene·Litera plana est
ꝫ eius misteria sunt nobis sub breuitate reqrenda Notandū ꝙ
ꝙ vt dicit iob·xxj·mlta quidē ꝛ alia signa fecit ihesus q̄ si scribant p
singula nec ipm arbitroz mundū capere posse eos q̄ scri.sunt libros·
Tot aūt scripta sunt de factis ꝛ dictis christi que sufficiunt ad il
luminandū fidē nostrā ꝛ niformandū vitā nostrā vt dicit augꝰ sup
tres mortuos q̄ a christo suscitati legunt·Propterea dicit apls ad
Ro·x·ꝙ finis legis christus est ad iusticiā omni credenti·Gregꝰ dic
ꝙ miracula christi sunt sic accipienda vt in veritate facta credāt
Et aliud significent Duo ꝙ ꝛ duiuia q̄ legunt a christo facta·sig
ficant spualem anime refectōez·q̄ in vbo dei ꝛsistit·Deutero·viij·
Non in solo pane viuit hō ꝫ in omni vbo qd̄ procedit ex oze dei·Cy
bus em anime ē vbum dei·i·sacra scriptura scz vetus ꝛ no·testa·qd̄
pdicator dat ppo ꝛmedere Matꝫ·xiij· Ommis scriba doctus in
reg·celoz sibis ē homini patrifa·q̄ pfert de thesauro suo noua et
vetera·In cuius figura dictū est ezechieli·Fili·ho·ꝛme·volu·istū
Et sequit Et ꝛmedi ꝛ factū est quasi niel dulce in oze meo·ezec·iij·
Per duo ꝙ ꝛ duiuia q̄ xpc fec̄ ad ppm reficiendū significant vetus
et no·testa·siue noua ꝛ vetus lex· Lex aūt vetus ꝛtinet in quinq
libris moysi q̄ p quinqz panes ordeaceos designant· ꝛ psalmis et
pphetis qui p duos pisces significantur·Nā sicut panis ordeaceus
dat seruis sic illa lex data fuit seruis· qz fuit lex timoris q̄ est lex
seruoz·ꝛ nō ꝛtinebat grām filioz·nō em ꝛferebat grām·sed mi
nabat penā·Et ad ꝫ significandū q̄n lex vetus fuit data audierūt fi
lij israel voces ꝛ somit⁹ buccine ꝛ lāpades ꝛ tonitrua ꝛ fulgura mō
temqz fumigantē ꝛ pterriti ac pauore pcussi steterunt ꝓcul dicē
tes moysi·Loqre tu nob ꝛ audiemus·Nō loquat nob dns ne for
te moriamur·vtz exo·xx·Itē ozdeū est pungitiua ꝛtinens corticē
aristay·qz lex vetus erat pungitiua dicens·Oculum p oculo·de
tem p dente·vtz exo·xxj·Et ꝛtinebat corticēs figuray multay·r
Coy·x· Oia in figura cōtingebāt illi·Hos aūt quinqz panes por
tabat vnus puer clausos in pera vtz io·vj· Est puer vnus hic qui
hēt quinqz panes ordeaceos Iste puer est ppm⁹ iudaicus·q̄ fuit
puer sensu ꝫ senex tpe Esa·lxv·Puer centū annoy mo·Qui semp
legit ꝛ nūqz ad pfectōz sciētie puenit Hieb·vij·Nihil em ad pfectu
ad·lex Qui in cognitōne vitatis sp habuit ꝛ ꝫ facie cordis velatā

ij. Cor. iij. Vsq3 in hodiernū diē dū legitur moyses velamē ē posi
tū sup cor eoꝝ. Sed christus hos panes fregit. qꝛ intellectū vete
ris testamēti disseruit Lu. xxiiij. Tūc apuit illis sensum vt intelli
gerēt scripturas. Fuit ḡ ille ꝓpl's pastus quinq3 panib9 ordeaceis
i. q̄nq3 libris moysi. ⁊ duob9 piscib9. i. psalmis ⁊ ꝓphetis q̄ asperita
tē legis tpabant. Et ido illud ꝯuiuiū q̄nq3 panū fuit añ illud factū
de quo. xij. cophini sumpti sunt ad. xij. trib9 israel pascendas. Quia
vt dic̄ apl's. j. coꝝ. x. Om̄es eandē escā spiritalē mādu. Plures tam̄
reliq̄e supauerāt de illo q̄3 de isto. qꝛ lex vetus ob difficultatē non
potuit obseruari. ⁊ ido multa p̄termittebant. Act. xv. Quid tēpta
tis imponē iugū sup ceruicē discipuloꝝ. qd̄ neq3 patres nostri ne
q3 nos portare potuimus. De vtroq3 tñ ꝯuiuio multa remanse
rūt. qꝛ neq3 vetus neq3 no. testa. pfecte seruat. Hic cadit exemplū
de mitra ep̄ali q̄ h3 duo cornua q̄ significāt vetus ⁊ no. test. q̄ ep̄s
d3 habē in capite ⁊ memoria. ⁊ h3 duo pendicula post spatulas et
significāt ꝙ vtrunq3 testamentū ꝓijcit post tergū ⁊ neutꝝ serua
tur. Hoc aūt ꝯuiuiū qd̄ h̄ recitat marcus sil'r ⁊ mathe9 fuit factū G
post illud qd̄ narrat ioh. de quo dictū ē mō. Qd̄ significat no. te. si
ue nouā legē. qd̄ p9 vet9 testamentū institutū est. In q̄ fuerūt septē
panes triticei q̄ dant filijs. qꝛ lex noua est lex amoris ꝯtinens ḡtiā
filioꝝ. Et ido fuerunt h̄ septem panes. qꝛ septem v̄tutib9 ⁊ septem
donis spūssancti pascunt filij dei Nā lex noua est p̄ncipalit ip̄a se
ptiformis ḡtia spūssancti. Istos septem panes christus bñdixit fre
git ⁊ multiplicauit ⁊ dedit apl'is vt apponēnt turbis. qꝛ nouū te
stamentū q̄ntum ad illud qd̄ est in eo p̄ncipale sc3 ḡtia spūssancti
xp̄uc fec̄. Ioh. j. Gratia ⁊ v̄itas p iesum xp̄m facta est. Et q̄ntu3 ad
illud qd̄ est ibi scd̄arium ⁊ disponens ad ip̄am gratiam spūssancti
sc3 mādatum amoris sil'r christus instituit ⁊ docuit. Io. xiij. Man
datum no. do vobis vt diligatis inuicem. Mat. x. Dictum est an
tiq̄s diliges inimicū tuū ⁊ odio habebis inimicū. Ego aūt dico vo
bis diligite inimicos vestros. Mādauit etiā apl'is vt ip̄am legez
nouā om̄ib9 p̄dicarent. Mar. xvj. Euntes in mudū vniūsum p̄dica
te euā. omni creature. Et vt ip̄am ḡtiam spūssancti om̄ib9 darent
Mat. x. Gratis acce. ḡ. da. Et ido apl'i imponebant manus sup ho
mines ⁊ accipiebāt spm̄sanctū vt d̄r act. viij. Nouū aūt testamen
tum est ille liber clausus ⁊ sig̃tus septez sig̃culis de q̄ dic̄ io. apo c̄.
v. q̄ nō est inuent9 in celo q̄ntū ad angelos. neq3 in t̄ra q̄ntū ad ho
mines. neq3 subtus t̄rā q̄ntum ad demones ⁊ mortuos q̄ possz api
re libꝝ ⁊ soluē septez sig̃nacula ei9 nisi agnus q̄ occisus est. q̄ septē
signacula noui testameti. i. septē articulos fidei hūanitatis christi

soluit·dū ip̄a impleuit vt dic̄ greg̃·ꝛ septiformē gr̄am spūssancti·
dū ip̄am hominib̄ dedit·ꝛ septē sacramenta ecclesie dū ip̄a insti-
tuit·q̄ om̄ia ꝑtinent ad no·testa· ¶ De h̄ aūt ꝯuiuio sustulerūt a-
postoli septē sportas·q̄ septē erant ecclesie pascende de reliquijs
prandij christi in nouo testamento quib̄ ioh̄·apoc̄·i·scribit dicēs·
Iohēs septē ecclesijs q̄ sunt in asia· ꝑ quas vniuersitas ecclesiarū
christi totius mundi designat̄· In septē em̄ sportis apostolor̄ cōte-
tus ē cib̄ anime dandus om̄ib̄ ꝓp̄lis christianis in toto orbe ter-
rar̄· Sporte em̄ septē significāt septē septenarios·q̄ totā ecclesiaꝫ
dei ꝑficiunt ꝛ disponūt ꝛ reficiunt ꝛ pascūt ¶ Primus ē septenari-
us sacramentor̄·nā septē sunt sacramenta ecclesie q̄b̄ mediantib̄
virtus diuina ꝛ meritū passionis christi hominib̄ applicat̄ ad salu-
tem cōsequendā ¶ Scd̄us ꝛ tercius septenarius ē de articulis fidi-
nā septē sunt articuli diuinitatis·ꝛ septeꝫ hūanitatis· quib̄ hō de-
credendis illūinatur ¶ Quartus septenarius ē virtutū·nā septem
sunt v̄tutes scꝫ tres theologice quib̄ anima ordinat̄ ad deū scꝫ fi-
des·spes·caritas·ꝛ quattuor morales scꝫ prudentia·tꝑantia·forti-
tudo ꝛ iusticia·q̄bus hō in actib̄ suis disponit̄ ꝛ ordinat̄·ꝛ quan-
tū ad se ꝛ quantū ad ꝓximū ¶ Quintus septenari⁹ est donor̄ spūs-
sancti·nā septē sunt dona spūssancti scꝫ donū sapientie ꝛ intellect⁹
donū cōsilij ꝛ fortitudinis·donū sciēcie ꝛ pietatis·ꝛ donū timoris
domini· quib̄ om̄es vires anime tam supiores q̄ꝫ inferiores dis-
ponūtur ꝛ habilitātur ad obediendū motōni ꝛ instinctui spūssan-
cti·vt hō omne opus bonū facilit̄ ꝓseq̄tur ¶ Sext⁹ septenarius ē
beatitudinū· Septē aūt sunt beatitudines de quib̄ d̄r math̄· v·scꝫ
pauptas spūs·mititas vel mansuetudo·luctus penitentie·sitis iu-
sticie·affluentia misericordie·mūdicia cordis·ꝛ pacificatō mentis·
Ait em̄ beati paupes spū·beati mites·beati qui lugēt·beati q̄ esuri-
unt ꝛ siti·iusti·beati mi·beati mūdo corde·ꝛ beati paci· He autē se-
ptē beatitudines sunt tāq̄ꝫ opatōes ꝛ actus ꝓcedentes a p̄dictis
septem donis spūssancti·quib̄ virtus ip̄or̄ donor̄ manifestat̄·q̄
qui dona spūssancti habet·has opatōnes exercet ¶ Septimus se-
ptenarius est ordinum· Nam septem sunt ordines quib̄ potestas
ministris ecclesie cōfertur ad reliquū populū sanctificandum et
dirigendū· Et sic pꝫ q̄ ꝑ hec duo cōuiuia vet⁹ ꝛ no·testa·designat̄·
q̄b̄ hoīes spūalit̄ pascūtur· Et vnū fuit datū seruis alid̄ filijs· Vnū
generat seruitutē ꝛ timorē·alid̄ libtatem et amorem· Et hoc est
qd̄ dic̄ apostolus gal̄·iiij· Scriptum est quomodo abra·du·fi·ha·
Et sequitur· Hec enim sunt duo testamenta vnum quidem in mō-
te syna in seruitutez gene·que est agar ꝛc̄· ¶ Pauci vero pisciculi

significant consolationes temporales quas deus seruis suis dat. quod bene dicun- I
tur pisciculi et pauci quia in nouo testamento bona temporalia non promit-
tunt sicut in veteri. Esa. j. Si volu. et audi. me bona terre comedite. Imo
mandat seruis dei in no. testa. vt bonis temporalibus abrenuncient. quod in
veteri non mandabat. Luc. xiiij. Nisi quis renunciauerit omnibus que pos-
non potest meus esse discipulus. In cuius figura christus mandauit tur-
be pascende discumbere super terram. i. vt omnia temporalia pedibus conculca-
rent. Phil. iij. Omnia detrimentum feci et ar. vt ster. vt christum lucri-
fa. Alij vero qui fuerunt in alio conuiuio per quod vetus testamentum desi-
gnat comederunt super fenum per quod bona temporalia designant in quibus nutri-
ti fuerunt. Item in huius etiam figura dedit eis comedere sub diuo.
quia sic debemus sumere bona temporalia vt semper oculos mentis ad ce-
lum leuemus. Phil. iij. Nostra conuersatio in celis est. j. Cor. vij. Tem-
pus breue est reliquum est vt qui gau. tanquam non gau. sint. et qui emunt
tanquam non possiden. et qui vtunt hoc mundum tamquam non vtantur. Et nota quod pulli cor-
uorum dum respiciunt celum et clamant ad deum pascunt ab eo statim au-
tem vt incipiunt caligines emittere per quod solicitudo terrenorum desi-
gnat. derelinquunt a deo et pascunt a coruo. Sic homo qui inhiat terre-
nis pascit a dyabolo et derelinquit a deo. Auarus ergo qui non sedet su-
per terram sed inuoluit se sicut talpa in terra. i. in diuitijs terrenis et mun-
danis in mundi vanitatibus et in carnalibus desiderijs non pascit ad men-
sam christi. Et sic patet quartum. Quinto subiungit euangelista nume- k
rum sportarum de reliquijs sublatarum. et numerum manducantium. ad dei
laudem et nostram instructionem quia in hoc miraculo vsque hodie deus lau-
dat et fides de christi diuinitate et humanitate roborat. nam in eo quod
compassus est turbe eius humanitas attestat. sed in eo quod panes multi-
plicauit eius deitas demonstrat vt dicit beda. Litera plana est. et
misterium patuit. Requiramus ergo solum salutaria exempla que de hoc conui-
uio accipere possumus. Sunt autem tam ex parte christi quam ex parte turbe mul-
ta salutaria exempla. Ex parte christi quinque salutaria exempla accipere
possumus. Primum est exemplum magne humilitatis. quia cum ipse
omnia sciret. et omnium esset dominus. tamen non dedignat cum quibusdam vilibus
personis discipulis suis habere misterium consilij sui. et per eos voluit tur-
bam pascere vt ipsi quodammodo participes viderent esse miraculi. Glo-
sa. hiero. super hoc loco math. xv. Dominus discipulos vocat. vt doceat ma-
gistros consilia sua minoribus et discipulis communicare. Quidam autem a
nullo. et de nullo consilium habent vel petunt. suo sensui innitentes
et dicentes se esse sapientes stulti facti sunt vt dicit ad Ro. j. Aug.
Vbi dixisti sufficit ibi defecisti. et vbi tibi placuisti ibi peristi. Ber.
Omnia illi desunt qui nihil deesse sibi putat. Contra quos dicitur

puer. iij. ne imitaris sensui tuo ⁊ prudentie tue impone modum
Omnia g̊ sunt cū ꝯsilio faciēda. Eccl. xxxij. Vbi mlta ꝯsilia ibi salus
¶ Scdm est exēplum pfecte caritatis. qꝛ turbe indigēti ꝯpassus
est ⁊ pauit eam. Vade ⁊ tu fac ita. Lu. xiiij. Cū facis cōui. vo. debi-
pau. ⁊ ce. ⁊ be. eris. ¶ Terciū est exēplum salutifere bn̄dictōis. qꝛ
cibū quē apposuit bn̄dixit ⁊ g̃tias egit. In quo instruimur vt bona
tpalia cū g̃tiaꝝ actōe recipiamus. Eph. v. Pro omnibꝫ agentes g̃-
tias deo ⁊ patri. Et dum ipsis vtimur ea bn̄dicamus. Quia vt dic
aplus. j. Thi. iiij. Omnis creatura dei bona. Et nihil reijciēdum qd
cū gr̄aꝝ actōe recipit sanctificat em̄ p vbum dei ⁊ oratōz. Hic ca-
dit exēplum de illa moniali de qua dic greg. in dyalogo q̄ come-
dēs lac. sine signo crucis inuasa ē a dyabolo. Et ido serui dei semp
bn̄dicunt sumēda ⁊ postea gr̄as agunt. Psal. Edent paupes ⁊ sa-
turabunt ⁊ lau. dn̄m ꝛc. Peccatores aūt ꝯmedunt sic bruta aīalia
¶ Quartū ē exēplum bone discretōnis. qꝛ ordinauit ꝯmedentes.
et fecit eos sedē. ⁊ tandē fragmēta fecit recolligi ne pedibꝫ ꝯculca
ta pirēt. Quidā nullū ordinem in ꝯmedēdo hn̄t. ⁊ tota die come-
dunt ⁊ potāt ⁊ fragmēta canibꝫ ⁊ nō hominibꝫ largiunt. quibꝫ esa. v.
c. dei maledictōz impcat dicēs. Ve qui potētes estis ad bibēdū vi
num ⁊ viri fortes ad sectandā ebrietatē ¶ Quintū ē exēplum abū
dantis multiplicatōnis. nā panes quos indigētibꝫ tdidit in immē
sum multiplicati sunt. nā ex septē panibꝫ septē sportas plenas leua
uerūt. quattuor milibꝫ hoīm satiatis absqꝫ mulieribꝫ ⁊ puulis. vt
dr math. xv. In quo instruimur q̄ qui dant paupibꝫ ꝯmedē eoꝝ
bona multiplicant. Gre. Terrene substantie p hoc q̄ paupibꝫ largi
unt mltiplicāt Lu. vj. Date ⁊ dabit vobis. mē. bo. ⁊ ꝯfer. ⁊ coagi-
et supef. da. in si. ve. Vnde paupes dum pascunt pascūt. vt pꝫ in il-
la vidua de sarepta sydonioꝝ. Que dū pauit helyam pasta fuit ab
eo. ⁊ extunc nō defecit ei farina nec oleū. iij. Re. xvij. Hic cadit ex-
ēplum beati bonifacij episcopi tudertini qui vt dicit greg. in dya-
logo. dū eēt puer omne triticū matris dedit paupibꝫ. Quod mat
ppēdēs cepit eū pugnis cedē. sꝫ a bonifacio oratōe facta totū hor
Mreū inuētum ē plenū tritico. ¶ Ex pte aūt turbe similit quinqꝫ sa-
lutaria exēpla accipe dēmus ¶ Primū ē exēplum sancte imitatō
nis. Nā christū in desertū relictis omnibꝫ sunt secute. Desertum
dicit. i. dēlictū a vicijs ⁊ delicijs. qꝛ nec vicia nec dlicie ibi regnāt.
Sequamur g̊ ⁊ nos xp̄m cū dēlictōe ⁊ dsertōne vicioꝝ ⁊ dliciaꝝ
mūdi. Heb. xiij. Exeamus igit ad eū extra castra im ꝓperium eius
ptantes. Esa. ij. Venite ascēdamus ad mōtē domini. Sic exiuit mo-
yses ⁊ negauit se eē filiū filie pharaonis magis eligēs affligi cum

populo dī q̄ꝫ terrene iocunditatis habere peccatum·maiores diui
tias existimans thesauro egiptioꝝ in ꝓperiū christi· vt dicit apl'us
ad heb·xj· ¶ Secundū est exemplū bone ꝯsumptōnis·qꝛ omnes ci
bos ꝯsumpserūt in sequendo et audiendo christū·Math·xxv· Eu
ge serue bone et fidelis·qꝛ in pau·fu·fi·supra multa te ꝯstituā·Pec
catores aūt ꝯsumunt se et sua in ludis et guerris· ⁊ in vanitatibus
et luxurijs·Exemplū de filio ꝓdigo qui ꝯsumpsit substantiā suā cū
meretricibus viuendo luxuriose·vt dicit luc·xv· ¶ Terciū est exem
plum complete sanatōnis· Nam triduo cū christo ꝑseuerauerunt·
donec omnes infirmi fuerūt ꝑfecte sanati· Vnde math·xv· dicit ꝙ
multi infirmi et claudi accesserūt ad eum·et curauit eos·Et sic plenā
sanitatē ī anima et corpe receperūt·qꝛ vt dicūt multi sancti docto
res nullū sanauit in corpe·quē etiā nō sanauerit in mente·qꝛ dei ꝑ
fecta sunt opa·Ioh·vij·Totū hoiem sanū feci in sabbato·Perseue
remus et nos triduo cū iesu vt ꝑfecte sanemur ī mente ¶ Primꝰ N
dies est boni et mali cognitio vt cognoscamus vñ descendimꝰ·vbi
sumꝰ·quo tendimꝰ·quid amisimꝰ·et quid inueniemꝰ·Ione·j·Qd̄ est
opus tuū·que terra tua·quo vadis·et ex quo ꝓpl'o es tu·Bern̄·Me
mento vnde veneris et ingemisce vbi es et erubesce· quo tendis et
ꝯtremisce· ¶ Secundus dies est detestatio et fuga mali· Ecc̄i·xxj·
Quasi a facie colubri fuge peccata ¶ Tercius dies est opatio boni·
Gal·vj·Dum tpus habemꝰ op·bo·ad om·p̄s·Spera in domino et
fac bonitatem ¶ Quartū est exemplū digne ꝯtentatōnis qꝛ turba
ꝯtenta fuit solo pane et paucis pisciculis· Sic et nos ꝯtenti esse de
bemus his que deus dat nobis et non murmurare·j·Cor·x· Neqꝫ
murmuraueritis sic̄ quidā eoꝝ et a serpentibꝫ perierūt·Quidā nāqꝫ
nunq̄ attendunt ad bonū quod habent·qd̄ et multi nō habent·ꝫ so
lum ad bonū quod nō habent·qd̄ et mlti habent·Prou·xvij·Ocu
li stultoꝝ in finibus terre sapientis autē oculi in capite suo ¶ Quin
tum est exemplum ꝑfecte saturatōnis·qꝛ de mensa et ad mensam
christi saturati sunt· Sic et nos accedentes ad mensam christi come
damus et saturemur Quidā de mensa christi·i·verbo veritatis p̄di
cato nihil sumūt·quidā valde modicū sumūt nec illi saturant̄·quidā
reijciunt qd̄ ibi sumūt Non simꝰ carissimi de omibꝫ istis ꝫ comeda
mus ⁊ saturemur·Nam istas septem sportas christꝰ ꝓ nobis qui O
nō fuimꝰ ibi leuare mandauit·et sunt indficientes· qꝛ bona spūalia
tantomagis multiplicant̄·q̄nto plus distribuunt̄·sic̄ scientia distri
buta suscipit incrementū ⁊ auaros dedignat̄ possessores·et nisi cito
publicet̄ cito labit̄ ⁊ decrescit Et ratō quare comedere debemus de
bonis ꝯtentis in sportis apl'oꝝ est triplex· ¶ Prima qꝛ sunt bona

repletiua et satiatiua·eo q̄ intrant intus in animā·nam gratia dei ē
in essentia anime·virtutes aūt sunt in potentijs anime· vt fides in
intellectu·spes in affectu·caritas in voluntate·et sic de alijs· Bona
aūt mundi ideo nō satiant·sed imittunt sitim·q̄ nō intrant in aīaz
vbi est appetitus habendi·sed stant foris Exemplū de habenti sitim
et tenenti ciatum vini ap̄e os et non bibente· in quo sitis nunq̄z ex
tingueret̄ s̄z augeret̄·Ioh·iiij· Omnis qui biberit ex hac aqua sitiet
iterū·qui autē biberit ex aqua quā ego dabo ei fiet i eo fons aque
salientis in vitā eternā· Nos aūt p gratiā dei d̄ magna infirmitate
peccati surreximus in qua omēs humores gr̄e ꝯsumpsim⁹·nam in
peccato homo consumit omīa bona sua· et ideo multū indigemus
comedere et repleri ¶Secūda q̄ sunt bona ꝯseruatiua·nā conser
uant animā in vita gr̄e ab omī morte·Ioh·viij·Si quis sermonem
meū seruauerit mortē nō gustabit in eternū Bona vero tp̄alia mul
totiens inducunt mortē et multas infirmitates Eccī·xxxvij·Propt̄
crapulā multi perierūt·qui aūt abstinens est adijciet vitā Et si in vi
ta nature cōseruēt modicū tn̄ cōseruāt q̄ breues dies homis sunt·
Iob·xiiij· Nos aūt multū conseruari indigem⁹ q̄ inter multa cor
rumpentia sum⁹ Nam mund⁹ caro et demonia corrūpere nos in
tuntur ¶Tercia q̄ sunt bona firma et stabilia vsq̄z ad finē itineris
hoīem cōcomitantia Apoc̄·xiiij·Opera em̄ illo·se·il·Ambro·Non
sunt bōa hoīs q̄ secū aufferre nō pōt sola mīa comes est defuncto
rum Bona mundi nō sunt stabilia s̄z derelinquūt hoīem·ꝛ qn̄·certe
in maxima necessitate scilicet in morte Iob·xxvii· Diues cum dor
mierit nihil secū auferet aperiet oculos suos et nihil inueniet Nos
aūt de lōga via venim⁹ scz de regione peccatoꝝ q̄ sup omīa distat
ꝛ elongat a ciuitate supna ad quā ire habemus Et hoc est qd̄ hic d̄r
Quidā em̄ delonge venerunt· Qui de magnis sceleribus veniunt
ad penitentiā de longe veniunt ad christū Quia q̄nto quis in pra
uo ope errauerit tanto longius a deo recessit vt dicit beda Similit̄
lōgam viam facere debem⁹ scz vsq̄z ad celum ideo multuz est mole
stum ieiunare·iii·Reg̃·ix· Surge comede grandis enim tibi restat
via·Beda·Perit qui sine celesti pane ad patriā tendit·Et hoc ē qd̄
hic dicit̄·Si dimisero eos ieiunos deficient in via· Et sic patet q̄ bo
na ista que de hoc cōuiuio ap̄li leuauerunt optima sunt et sup om
nia appetenda·Et hoc significat panis quē christus in hoc conuiuio
discumbentibus dedit ad manducandū·qui fuit melior panis q̄ vn
q̄z fuit factus habens suauissimū saporem et sicut manna delectās
Et sic patet quintū et consequenter totuz ·lxxix·

¶De epistola sermo

SERMO LXXVIII

Humanum dico. ꝓpter infirmitatez carnis vestre. Ro. vi.
Tria solēt hoīes a dei seruitō retrahere. ¶ Primuz est
magnꝰ labor in seruiēdo. qꝛ vt dr̄ math. vij. Arta est via
que ducit ad vitā. Vn̄ ille iuuenis cui christꝰ dixit. Vend̄
omnia q̄ habes ⁊ da pauperibꝫ et ve. se. me. abijt tristis. ¶ Scd̄m est
delectatō peccati. qꝛ frui boīs mūdi ad libitū d̄lectabile est. Iob. xxi.
Exultant lusibꝫ tenēt tympanū et cytharā ⁊ gaudent ad sonitū or-
gani. du. in bo. di. fu. ¶ Terciū est incertitudo p̄mij ꝓ d̄i seruitō red
dendi. Eccs. ix. Sunt iusti atqꝫ sapiētes et opa illoꝝ ī manu dei. ⁊ tn̄
nescit homo an odio vel amore dignus sit. Et ꝓpterea dicunt im-
pij. Venite g̊ et fruamur bonis q̄ sunt et vtamur creatura tanq̄z in
iuuentute celeriter qm̄ hec est pars nostra et nō est ag. qui sit reū.
ab infe. Sap̄. ij. Beatus aūt paulus in epl̄a hodierna de his tribꝫ de
terminat. ostendens ꝙ nō est supra vires homīs seruire deo. ⁊ staē
in pctō nō est delectabile. ꝫ mortiferꝝ. et iusticiā tenere est magni
p̄mij. In qua quidē epistola quattuor facit. Primo reddit audito-
res beniuolos vt libentius audiat̄. In p̄ncipio epl̄e. Secundo ostē-
dit leuem et ꝯgruū modū ad seruiendū d̄o. si rite teneat̄ ibi. Sicut
em̄ exhibu. mē. ve. ser. īmū. et iniq̄. ad iniq̄. ita exhi. mē. ve. ser. ius. in
sancti. Tercio causam cuiusdā dicti sui scz quare nō seruiendum est
peccato assignat vt a nob̄ cognoscat̄ ibi. Cū em̄ ser. es. pcci liberi. fu.
ius. Quarto ostendit fructū peccati. et fructū iusticie vt peccatū di
mittatur et iusticia teneat̄ ibi. Quē em̄ fru. ha. tunc in il. in quibus
nūc eru. ꝛc. vsqz in finē ¶ Primo g̊ reddit apl̄us auditores beniuo
los vt libentius audiat̄ dicēs Huma. dico. i. leue ⁊ quid facile vobis
dicere intendo et hoc ꝓpt̄ infirmitatē et fragilitatē carnis vestre q̄
retrahit a magnis opibꝫ faciendis Math. xxvj. Spūs quidē ꝓmptꝰ
est caro aūt infirma Sap̄. ix. Deprimit sensuz terrena inhabitatō mlt-
ta cogitantem Q. d. apl̄s Non intendo vobis magna mandare ⁊
grauia p̄suadere et difficilia vt est illud math. xvj. Si quis vult pꝰ
mi fructus faciūt vt homo bene se habeat circa bona transitoria q̄:
bus vtit̄ ¶ Decim⁹ g̊ fruct⁹ est modestia q̄ in hoc attendit̄ ne i vsu
tempaliū quantū ad quātitatē curet̄· vt homo de tpalib⁹ nec nimia
possideat· nec nimia appetat· j· Thi· vj· Habentes alimēta et q̄· te· h· ꝯ
ten· sim⁹ ¶ Vndecim⁹ fruct⁹ est ꝯtinētia q̄ in hoc loco attendit̄ ne
homo qualitate rer̄ sensibiliū seducat̄ vt bibul⁹ seducit̄ dulcedine vi
ni· et gulosus dulcedine boli· et vir dulcedine vxoris· Sic fuit sedu:
cta mater nr̄a eua que videns pomū qd̄ esset pulcrū oculis et ad
vescendū suaue· accepit ⁊ ꝯmedit deditq̄ viro· gen̄· iij· Sene· Pala:
tum tuū fames excitet nō sapores ¶ Duodecimus fructus est casti
tas que in hoc loco attendit̄ vt ad supremū finē vsus tpaliū referat̄
Aīma em̄ ē sponsa dei· nuncij v̄o sibi missi a sponso suo sunt bona
pn̄tia ad nunciandū ei aliq̄d de potentia· sapientia· ⁊ bonitate sponsi
sui vt p hoc in eius amore ardescat· Aug· Dn̄e celū ⁊ terra· mare ⁊
omnia q̄ in eis sunt vndiq̄ mihi dicūt vt amem te· Aīa em̄ q̄ nun
cios amplectit̄ ꝓ sponso adulteriū spūale ꝯmittit· Vn̄ ꝯtra castita:
tē de qua hic agitur facere videtur· ¶ Vltimo v̄o addit quandam
vtilitatē di· Aduersus hmōi nō ē lex· i· q̄ talia agūt nō sunt sub lege
g̊ sunt filij ⁊ si filij ⁊ heredes· ro· viij· Et sic pz terciū· ¶ Quarto oste:
dit q̄ oēs veri christiani vitā carnalē abnegant vita spūali electa d·
Qui aūt sunt xp̄i ꝛc· Vbi nota q̄ om̄es homīes sunt xp̄i triplici rōe
scz rōne creatōnis· rōne ꝯseruatōnis· et rōne redemptōnis· Sed per
gratie inhabitatōz et mandatoꝝ impletōz solū xp̄iani veri sunt xp̄i
q̄ xp̄us in eis sic in templo suo p grām habitat· et ip̄i xp̄i mandata
obseruant Veri ei christiani carnē suā in cruce pn̄ie crucifigunt· In q̄
crucifixione om̄ia vicia eneruant̄· ⁊ ꝯcupiscentia debilitat̄· Sic cruci
fixit carnē suam beatus benedict⁹· q̄ p cutis vulnera eduxit a corpe
vuln⁹ mentis· vt dicit greg· in dyalogo· In cruce em̄ om̄ia vicia ap
parent crucifixa et om̄es virtutes regnāt· Nam ibi crucifixa est sup
bia et regnat hūilitas· q̄ ibi crucifixus ē xp̄us humilis ⁊ abiectus
Ibi crucifixa est auaricia ⁊ regnat largitas· q̄ ibi xp̄c ad vnū verbū
dedit regnū eternū latroni· Ibi crucifixa est gula ⁊ p ꝯsequēs luxu
ria ⁊ regnat tempantia ⁊ castitas· q̄ in ea crucifixus ē xp̄us famelic⁹
et sitibund⁹· Ibi crucifixa est ira et regnat mansuetudo· q̄ in ea cruci
fixus est xp̄us totus mansuet⁹ dicens· Pater igno· il· q̄ ne· q̄d fa· lu·
xxiij· Et breuiter discurre p singula et inuenies om̄ia vicia crucifixa
in cruce et om̄es virtutes maxime regnare vt dicit aug· Et q̄ veri

christiani christum sequūtur ī cruce penitentie· idō ī ea omnia vicia crucifigunt· Gal· ij· Christo ꝯfixus sum cruci· Math· x· Qui nō acci- cru· s· et sequit̄ me· nō est me dignus· Et sic patet quartum·

Dominica quintadecima de euan· sermo· xciiij

Nemo potest duob⁹ dn̄is seruire· Math· vj· Euangeliū ho diernū nō est historiale sed est totū doctrinale ⁊ ꝯtinet altam et vtilem et necessariā doctrinā tam in principio q̄z in medio et in fine· In quo quidē euangelio xp̄us tria facit· Prīo ostendit ꝙ singulare seruitium qd̄ deo debemus nō possumus deo et alijs creaturis insimul exhibere· In principio euāgelij· Secundo a nobis supfluam curam rer̄ tempalium nititur amouere· ostendens p rōnes et exempla ꝙ deus in necessarijs nobis nō desinet ꝓuidere ibi· Ideo dico vobis ne soliciti sitis anime vestre quid man· Tercio ostendit quid in tota vita nostra querē debem⁹ ⁊ ad quē finem opa nostra pricipaliter ordinare· ibi· Querite primū regnū dei et iu· ei⁹· Prīo ergo ondit ꝙ singulare seruitiū qd̄ dō debem⁹ nō possum⁹ alicui alteri simul impēdere d· Nemo potest duob⁹ dn̄is seruire· scz inter se differentib⁹ Chris· Duos aūt dicit qui ꝯtraria iniungunt· Cōcordia eī multos vnū facit· Aut eī vnū scz dyabolū odio habebit q̄ odibilis ē· et alter̄ scz deū diligz ⁊ tūc rectū erit seruitiū ⁊ dignū vita eterna· Aut vnū scz dyabolum sustinebit Aug· Non quidē di liget· nemo enim dyabolū diligit ꝫ sua cupiditate implicat⁹ patitur eum· vt si quis aliene ancille ꝯiunctus ꝓpter suam cupiditatem du ram patiatur seruitutem etiam si nō amat illuz cui⁹ ancillam diligit Et alter̄ scz deum ꝯtemnet· Aug· Nūquid deū odio habebit· nulli⁹ enim ꝯscientia deū odisse p̄t· Idem in retractatōne eiusdē dicti scz ꝙ nulli⁹ ꝯsciētia deū odiat· Nō video fuisse dicendū ꝙ nulli⁹ ꝯscien tia deum odiat· Multi enim sunt de quibus scriptum est· Superbia eorum qui te oderunt ascendit semp· Ad hoc dicendum ꝙ nulla creatura odit deum affectu et si effectu· nec etiam dyabolus odit deum inq̄ztum deus· sed inquantuz puniens est· sicut latro non odit iudicem inquantum homo· sed inquantum iudex et vindex· Sic ḡ sustinendo dyabolum· id est eius suggestiones et temptamenta re cipiendo et faciendo· et ꝯtemnendo deum in preceptis suis· tale ser uicium erit puersuz et iniquū et dignū morte eterna Et ꝙ h̄ dictū ge nerale de duob⁹ dn̄is de deo et dyabolo sicut expositū est intelligat̄ subdit specificans hoc et dicit· Non potestis deo seruire et mā· Mā mona vt dicit glosa nomē est demonis qui p̄est diuitijs· nō quidez

q̄ in eius dicione sint·sed q̄ laqueis diuitiarum vtit ad decipiendum
Chris· Non solū in hoc nocent diuitie q̄ latrones contra nos armāt
et intellectū obtenebrant·sed q̄ a seruitute dei nos expellūt in suam
captiuitatem· Ideo q̄ vult deum amare necessariū est vt odiat diuiti
as· Et qui vult auaricie mādata facere·necesse est vt contemnat māda
ta dei· Māmona etiā vt dicit hiero·syra lingua diuitie nūcupantur
Audiat ergo hoc auarus q̄ censet vocabulo xp̄iano·nō posse simul di
uitijs christoq̄ seruire· Et tn̄ nō dixit qui habet diuitias·sed qui ser
uit diuitijs·qui em̄ diuitiarum seruus est·diuitias custodit vt seruus·qui
āt seruitutis excutit iugū distribuit eas vt dn̄s· Aug· Qui ergo ser
uit māmone·i·diuitijs illi vtiq̄ seruit·q̄ rebus istis terrenis merito
sue prauitatis p̄positus princeps huius seculi a dn̄o dicit ¶ Nota āt
circa hoc membrum·primū q̄ q̄zuis hoc dictū nemo p̄t duobus dn̄is
seruire principaliter videat intelligi de deo et diuitijs·tamē potest
optime exponi de quattuor scz de deo et dyabolo·de diuitiarum cupi
ditate et caritate·de aīma et corpe·et de mūdo et de christiana reli
gione ¶ Primo inq̄z exponit de deo et dyabolo·nemo em̄ p̄t deo
et dyabolo seruire ꝓpter quinq̄ ¶ Primo ꝓpt vestiū ministrorum
christi p̄ciositatē· Om̄es em̄ mistri dei habent p̄ciosissimas vestes
aīme· Prouer·vlt· Stragulatā vestē fe·si·bis·et pur·indu·eius· Vestis
stragulata·id est varia ē vestis virtutū et donorum spūssancti·q̄ xp̄ia
nus induit in baptismo p quā fit innocēs et mundus et virtus sang
nis xp̄i tunc ei applicat· Et hoc ē qd̄ sequit· Bis·et pur·indu·eius Bis
sus ē alba et mūda·et purpura rubea sanguine cōche tincta· Can·
v· Dilectus meus candi·et rubi· Hoc figuratū ē exo·xxviij·vbi domi
nus mādauit moysi et aaron qn̄ mistrarent dō deberēt induere ve
stes p̄ciosas in quibus erāt lapides p̄ciosi sculpti·et similiter om̄es le
uite deo mistraturi in tabernaculo debebāt vestibus p̄ciosis indui·
Dyabolo aūt nullus p̄t seruire in veste p̄ciosa aīme·q̄ statim q̄ inci
pit aliquis dyabolo seruire exuit eum p̄dicta veste et induit vestem
pannosam et vitupabilem·et efficit vir confusus valde· Delectat em̄
dyabolus in luto·sicut porcus·et nō vult vt apis i floribus comorari Vn̄
etiā in porcos rogauit mitti expulsus ab homine·vt patz math·viij
Hoc fuit figuratū in ambasiatoribus et nuncijs dauid q̄ uerunt ad con
solandum regem amon sup mortem patris·q̄bus fecit medias bar
bas radi et p̄scidi vestes vsq̄ ad nates·et fuerunt viri confusi turpit
valde·ij· Re·x· Similiter fratres ioseph statim vt puenit ad eos exu
erunt eum tunica polimita et talari· Sic faciunt demones seruitori
bus suis ¶ Secūdo ꝓpter mundicie ministrorum diuersitatem Deus
em̄ requirit in ministris suis solam mundiciam cordis et mentis·

Psal. ambulans in via imaculata hic mihi ministrabat. et de mundicia
corpis non curat. Hic cadit exemplum de galla filia consularis. que nisi ac
ciperet virum haberet barbam in dyalogo est. Dyabolus autem in mini-
stris suis vult immundiciam cordis et mentis. De corpis vero mundi
cia multum curat quia per pulcritudinem multos peccare facit. Sap. xiiij.
Creature dei in odium facte sunt et in temptationem anime hominum et in
muscipulam pedibus insipientium. ¶ Tercio propter ministrorum dei genero
sitatem. Nam omnes ministri dei sunt filij dei regis eterni. j. Ioh. iij.
Carissimi filij dei sumus. sed nondum apparuit quod erimus. Et ideo omnes sunt
reges. Propter quod dicit greg. quod seruire deo regnare est. Ministri
autem dyaboli omnes sunt spurij et serui vilissimi peccatorum. In omni enim
peccato mortali anima cum dyabolo mechatur propter quod homo efficitur spurius
dyaboli et seruus peccati. Ioh. viij. Vos ex patre dyabolo estis Ibi
dem. Qui facit peccatum seruus est peccati ¶ Quarto propter materie in
qua ministrant diuersitatem. nam omnes ministri dei ministrant ei in lu
ce et in operibus lucis scilicet in operibus virtuosis. et in iusticia et sanctitate
Luc. j. Seruiamus illi in sanctitate et iusticia. Ministri autem dyaboli
ministrant ei in tenebris. et in operibus tenebrosis scilicet in operibus peccato
rum que in tenebris fiunt. et ad tenebras ducunt quia omnis qui male agit
odit lucem. Ioh. iij. ¶ Quinto propter ministrorum xpi concordiam et pacem
nam omnes ministri dei sunt caritate uniti. et per consequens humiles et
pacifici. Iob. xxv. Qui facit concordiam in sublimibus suis. ps. Non habi
tat in medio domus mee que facit superbiam. Ministri autem dyaboli non
sunt in caritate uniti. sed sunt diuisi et discordes. Unde proprij et speciales
ministri dyaboli sunt homines partiales scilicet guelli et gebellini. albi et
nigri. Luc. xj. Qui non colligit mecum dispergit. Nullum opus est ita
dyabolicum sicut scisma in ecclesia. et diuisio in populo ¶ Secundo expo
ni potest de diuitiarum cupiditate et caritate nemo potest enim diuitijs et ca
ritati seruire propter quinque. Nam propter quinque dicitur cupidus vel aua E
rus seruire diuitijs que ad seruum pertinent propter quod dicitur seruus diuiti
arum que omnia aduersantur caritati ¶ Primum est quia cupidus custodit di
uitias vt seruus. et non distribuit eas vt dominus. non enim habet super eas potestatem
nisi sicut seruus. Eccl. vj. Est aliud malum quod vidi sub sole et quidem fre
quens apud homines. vir cui dedit deus diuitias et substantiam et ho
norem et nihil deest anime sue ex omnibus que desiderat. nec tribuit ei
deus potestatem vt comedat ex eo. sed homo extraneus vorabit illud. Quia
vt dicit bernardus. Si interrogetur auarus. Nonne bonum est dare diuitias
perituras. et recipere in eternum mansuras. dare substantiam tempora
lem et recipere regnum eternum. Respondebit quod sic. Et si iterum petatur
ab eo. quare hoc non facis dicit quia non possum. quia non habeo gratiam

largiendi. Auarus em̄ non potest ꝓpria largiri. Caritas autez beni
gna est. id est larga egenis et propria facit ꝯmunia vt dicit aug⁹.
¶ Secundum est ꝙ auarus totum tempus suum et totam vitam
suam ꝯsumit in ꝯgregatione diuitiaꝝ sicut seruus in obsequio do
mini sui. Seruus em̄ non laborat sibi sed dn̄o. qꝛ vt dicit phus. ser
uus non est cā sui. sed dn̄i. Sic auarus non laborat sibi. qꝛ homo ex
trane⁹ vorabit illud. nec ē causa sui. sed diuitiaꝝ. Vnde auar⁹ aranee
compatur que se euiscerat vt capiat vnam muscam. p̄s. Anni nostri
sicut aranea me. Caritas aūt ꝑ om̄e tempus dispergit et dat paupe
ribꝫ. p̄s. Dispersit dedit pauꝑibꝫ. Prouer. xi. Alij diuidunt ꝓpria et
ditiores fiunt. alij rapiunt nō sua et semꝑ in egestate sunt. In q̄ di
spēsione caritas nō ꝯsumitur sꝫ augetur ¶ Tercium est qꝛ auar⁹ hꝫ
diuitias sei p̄o cariores. sic̄ seru⁹ dn̄m suum sei p̄o reputat cariorem
vnde sicut seruus om̄ia bona domus et p̄ciosiora que habet dat co
medere dn̄o. et ip̄e ꝯmedit viliora. et bonas vestes emit dn̄o et ip
se induit viles. sic auar⁹ om̄ia bona vendit vt augeat pecuniā. ⁊ ip̄e
ꝯmedit peiora. et qd̄ peius est aīam suaꝫ ꝑ pecunia vendit. Ecc̄i. x.
Auaro nihil est scelesti⁹. Hic em̄ aīam suā venale habꝫ. Caritas autē
nihil p̄ciosius reputat se Sap̄. vij. Nec compa. il. la. p̄cō. qm̄ om̄e au
in ꝯp. il. ar. ē exi. Imo om̄ia alia dicit nihil esse. et nihil valere sine se
. j. Coꝝ. xiij. Si linguis ho. lo. et an. cari. aūt nō ha. nihil sum ¶ Quar
tum est qꝛ auarus obedit ꝑ om̄ia diuitijs sicut seruus dn̄o. Math.
viij. Dico huic vade. et vadit. et seruo meo fac hoc. et facit. Et magis
obedit auarus diuitijs q̄ꝫ deo. Nam deus mandat nō fenerari. nec
iniuste lucrari ꝑ pecunia nec lucrāda vl̄ acq̄rēda falsuꝫ dicere vel de
rogare. Totū aūt ꝯtrariū dicit pecuīa ꝯgregāda. Vn̄ sup hoc loco
dic̄ glosa fuire pecuīe deū negare ē. Et ab apl̄o auaricia dicit̄ ydolo
rū seruit⁹. qꝛ auar⁹ derelicto deo. totā spem suam et amorē ponit i
pecuīa. d. illud ecc̄i. x. Pecunie obediūt omnia. Caritas aūt sup om
nia diligit deum. et ei⁹ mandatis obedit. nec ꝑ aliqua re a deo sepa
tur. ro. viij. Quis nos sepabit a cari. xp̄i. quasi d. nihil. ¶ Quintuꝫ est
qꝛ auarus non est heres diuitiaꝝ sicut seruus non hereditat bona
dn̄i sui Iob. xxvij. Diues cuꝫ dormierit nihil. se. au. Caritas aūt ma
net cū homīe in eternū. j. coꝝ. xiij. Caritas nunq̄ꝫ excidit Propt̄ hꝫ
quinqꝫ null⁹ potest caritati et diuitijs seruire. Et attende ꝙ licet hō
nō posset diuitijs seruire caritatē habendo. potest tn̄ eas cum carita
te possidere vt abraā dauid Quod p̄t fieri triplicit̄. Primo qn̄ homo
tenet diuitias ad honorem dei vt pontifices et prelati qui magnas
diuitias habēt ⁊ augēt p̄rimonia eccl̄iaꝝ. p̄s. Gloria et diuitie i do
mo eius. Secundo quando homo tenet et congregat diuitias sibi

et posteritati sue· ne furetur et mendicet· sed viuat ad honorem
dei secundum statum suum et deinde ipis pauperibus benefacit secun
dum qd potest sicut abraam et alij patriarche suis filijs thesauri saue
runt· Tercio quando homo omnes diuitias suas distribuit pauperi
bus· et ad pias cās· Et iste modus est pfectorum· math· xix· Si vis pfe
ctus esse vade et vende omnia q habes et da pauperibus· ¶ Tercio
potest exponi de aīma et carne· nemo em potest aime et carni insil
seruire· qr vt dicit apl'us ad gal· v· Caro cōcupi· aduersus spiritum
et spiritus aduersus carnem· Hec enim sibi inuicem aduersantur· et
ideo cum sint contraria sicut opera vtriusq; vt in precedenti episto
la patuit nullus potest vtriq; seruire· Caro enim est ancilla nequam
que statim q ei aliquantulū seruitur pteruit in dñam suam scilicet
in animam· Hoc fuit figuratū in agar ancilla sare· que statim q sara
seruiuit ei dans eam viro suo vxorem et cōcepisse se videns despe
xit dñam suā vt pz gen· xvj· ¶ Quarto potest exponi de mundo et
christiana religione· multi em credunt se posse seruire mundo et vt
veri xpiani viuere· qd falsum est· iij· re· xviij· Vsq; quo claudicatis in
duas partes· ecci· ij· Ve peccatori terram ingredienti duabus vijs·
Mundus enim requirit sibi seruiri in gaudio et leticia et honoribus
et diuitijs et psperitate multa· et qui hec non habz spernitur et abijcit
Xpiana vero religio vult sibi seruiri in lamento penitentie· in con
temptu honorum· in dispersione diuitiarum· in infirmitate et aduēsitate·
Qr vt dicit hiero· Non ē xpiane dignitatis i tempalibus prosperari
Et qui hec tempalia spernunt xpiana religio recipit leta facie· d· eos
beatos esse· math· v· Beati paupes spiritu· et sic patet primū ¶ Secū
do remouet a nobis supfluam curam rerum tempalium ostendens p
rationes et exempla q deus in necessarijs nobis puidebit dicens·
Ideo dico vobis· ne soliciti sitis ani· ve· qd man· Chris· Non hoc dic
q aīma indigeat cibo· incorpea em est· sed secundū cōmunem cōsuetu
dinē locutus ē· Aīa em nō pt morari in corpe nisi eo cibato· Vel aīma
p aīmali vita posita ē vt dic aug· sm illud· Aīma eius in sangne ē· i· vi
ta animalis· Neq; soliciti sitis corpori vestro quid induami· Prin
cipium enim temptatōnis auaricie est esse solicitum de necessarijs
corporis· quia vt dicit gre· primo dyabolus solicitat querere necessa
ria· postea superflua· Hiero· Precipitur ergo nobis ne soliciti simus
quid cōmedamus vt scilicet ne cura temporalium retrahamur ab
eternis· sz qr in sudore vultus pparamus nobis panē· g labor exercēdus
est solicitudo tollēda q mentē pturbat dū timet ne aut possessa depe
reant aut elaborata non cōtingant· Nonne anima plus ē q3 esca ꝛc
Hic pbat intētū suū q deus necessaria nobis puidebit· Et ponit ad G

hoc q̄ttuor rōnes. Prima ē a maiori ad min⁹ descēdens. q̄ si de⁹ qd̄
maius est nobis tribuit scz aīam et corp⁹. multomagis quod min⁹ ē
tribuet scz escam et vestimentū. sicut qui donat equū donat et frenū
Hiero. Qui maiora prestitit vtiq; minora p̄stabit et in ꝓmissis veri
tatis nemo dubitet. q̄ si nō sum⁹ digni talia accipere tñ decet deuz
talia dare. Hic cadit exemplū alexandri qui petenti sibi dari vnā do
mū dedit ciuitatem dicēs. et si nō decet te talia accipere. tñ decet me
talia dare ¶ Respicite volatilia celi. Hec est secūda rō de minori ad
maius ascendēs. q̄ si pater pascit aīmalia et aues de domo sua. mul
tomagis credēdū est ꝙ pascat et nos. Sic deus et pater noster cū
pascat volatilia celi q̄ nō laborant neq; metent. neq; ꝯgregāt in hor
rea que deus etiā in seruiciū hoīm ꝓduxit. multomagis pascet nos
qui sumus valde cari ei vtpote care empti. Sumus etiā sine ꝯpatōe
maioris et pluris p̄cij et reputatōis q̄z illa apud deum Chris. Omīa
aīmalia deus ꝓpter hoīem fecit. hoīem aūt ꝓpter se. Quāto aūt p̄cio
sior est homīs creatio. tanto maior est dñi solicitudo de ipo. Si ergo
aues nō laborantes inueniūt escas. homo nō inueniet cui deus de
dit et opandi sciam et fructificandi spem. Est etiā h̄ rō exēplum q̄
in exemplo volatiliū generat nobis spez de necessarijs vite ¶ Quis
aūt vestrū cogitans adijcere potest ad staturam suam cubitū vnuz
Hec est tercia ratio que talis est. Qui dat alicui rem aliquā dat ei il
la sine quib; res illa nec haberi. nec in vsu esse potest. sicut de⁹ q̄ dat
oculū homī dat ei lucem solis sine qua oculus nō videt. Omīs autē
esca ordinat̄ ad incrementū corpis acquirendū vel ꝯseruanduz Si
ergo ꝓuidētia diuina p singulos dies incremēta corpis nostri no
bis non intelligentibus opatur. et ad tale incrementū p omēm no
stram solicitudinē nihil possum⁹ addere vel minuere. credendū ē oī
no ⁊ firmiter sperandū. ꝙ eadem ꝓuidentia nobis necessaria prepa
rabuntur sine quib; ad tale incrementū corpis nō possum⁹ ꝑuenire
Glosa. Illi curam regendi corpis relinquite. qui id ad hanc mensu
ram fecit ꝑuenire. Vel potest dici. ꝙ hic ꝓbat ꝙ talis solicitudo sup
flua est. q̄ sicut ad tale corpis incrementū ad qd̄ vite necessaria or
dinantur per nostrum cogitatum et solicitudinē nihil possum⁹ ad
dere vel diminuere. ita per nostrum cogitatum vel solicitudinē nō
possum⁹ necessaria ꝓcurare. q̄ nisi de⁹ daret operib; nr̄is effectū et
benedictōem suam infundēdo aquam. solem. et ventos. ⁊ alia hui⁹
modi faciendo. terra penit⁹ nihil fructificaret ergo ipe facit abundā
tiam et caristiam ¶ Et de vestimento quid soliciti estis. Hec ē quar
ta ratio siue exemplū qd̄ nō debemus esse soliciti de vestimētis sicut
nec de cibis quia in vtroq; deus nobis prouidebit. Que talis est.

Si in vilibus rebus que modico tempe durant diuina ꝓuidentia
mirabiliter operatur ꝯferendo eis pulcerrimū vestimentum· et ꝓ
ducendo ad debitum incrementū q̄ tñ nō laborant vt homines neq;
nent siue filant vt femine·quātomagis eadem ꝓuidentia nobis no
bilibus creaturis vtpote ad imaginē dei factis et in eternū victu:
ris vestes necessario ꝯferent Chris· Hoc aūt dicēs ñ opus ꝓhibuit
sed solicitudinē sicut et supra cū de semiatore loqueret· Est g̊ h̄ q̄rta
ratio etiā exemplū q̄ docet nos ꝓ spe habēda vestimētoꝝ lilia agri
ꝯsiderare·que deus mirabili candore vestit sine sui solicitudine et
labore·ita ꝙ salomon q̄ fuit sup omes reges gloriosus· tamē in oī
gloria sua tam potentie et sapientie et diuitiaꝝ nunq̄ꝫ fuit sic glorio
se et pulcre vestitus ·Glosa·Que purpura regū·que pictura textri
cum potest floribus ꝯpari·Item ipe candor dicit opimentuꝫ floꝝ
sicut dicimus opuit illū rubor· Si ergo fenū qd̄ hodie est et cras·id
ē in futuꝝ in clibanū mittit·i·in aceruum qui habꝫ similitudinē cliba
ni ꝯgregatur·deus sic vestit·quātomagis vos modice fidei· Glosa
Permodica fides ē que nec de minimis certa ē·Carissimi hoc vesti
mentum nondū apparet in nobis·sed apparebit in gl'ia resurrectōis
qñ corpa nostra induent candorē sic sol Math·xiij·Fulgebunt iusti
sicut sol ¶Vltimo ꝯcludit dicens·Nolite ergo soli·esse ꝛc·Et ad h̄ M
ostendendū duas rōes adducit ¶Prima ē ex pte nostra q̄ ē·q̄ nos
nō sum⁹ vt gentes q̄ dei ꝓuidentiā in rebꝫ hūanis nō credunt·h̄ oīa
credunt a cāu ⁊ fortuna euenire·Et ideo sunt solici ti necessaria inq̄rē
et recipere plus debito·Chris·Quia in rebꝫ hūanis fortunā credūt
esse nō ꝓuidentiā·neq; iudicō dei vitas suas gubernari estimant· h̄
incerto duci euētu·iō merito timēt et desperāt q̄si q̄ neminē habeāt
gubernatorē·Nos aūt credim⁹ diuina ꝓuidētia oia gubernari·Bo
etius·O q̄ ꝑpetua mūdū rōne gubernas immobilis stabilisq; ma
nens dans cuncta moueri·Et ideo in manu dei nos et nostra ꝯmit
tere debem⁹·Chris·Qui aūt dei iudicō credit se gubernari escam
suam in manu dei ꝯmittat ¶Secūda rō est ex pte dei·q̄ cum ipse
sit pater noster·⁊ sciat nos omnibꝫ his indigere nō poterit nos de
serere·Chris·Non aūt dixit scit deus·sed scit pater vester·vt eos in
maiorem spem ducat·Si em̄ pater est·nō poterit despicere filios·cū
nec homines patres hoc sustineāt·qualis em̄ est pater qui sustinet
etiam necessaria vite filijs non dare·Si autem essent superflua non
ita oporteret ꝯfidē·Et iō dixit q̄ his omnibꝫ īdigetis vt mag̃ solici
tudinē abijciamus ¶Notandū aūt ꝙ ꝑ om̄ia ista verba xp̄c ad duo
nos inducit scꝫ vt cura supfluam tempalē abijciam⁹·⁊ vt de di ꝓui
dentia ꝯfidamus·Et ideo sciendū ꝙ duplex ē solicitudo tempalium·

vna necessaria ad vitam humanā que ꝑmittit̄. imo p̄cipit̄. q̄ nisi hō
esset solicit⁹ serere tpe suo mēdicaret ⁊ moreret̄. Prouer. xx. Propt̄
frigus piger arare noluit. medicabit ergo estate et n̄ dabit̄ ei. Eccs.
iij. Tempus spargēdi ⁊ tēpus colligēdi. Quedā em̄ deus disposuit
et ordinauit ꝑ nostrā solicitudinē fieri. Gen̄. iij. In sudore vultus tui
ves. pa. tu. Psal. Labores manuū tuaꝝ q̄ manducabis beatus es ꝛc̄
Om̄ia ergo q̄ certa et determiata tpa requirūt. debem⁹ solicite suis
tēporib⁹ facere et gubernare. Eccs. iij. Om̄ia tpus habent ⁊ suis spa
cijs transeunt vniuersa. Alia est solicitudo supflua ⁊ que ad nos nō
ꝑtinet. ꝫ ad deū. Vnde glosa dicit hic. Est alia solicitudo supflua ex
vicio hoīm quādo fruct⁹ et pecunia plus q̄ꝫ necessariū est reseruant
et dimissis spūalib⁹ illis intenti sunt. quasi de boitate dei desperātes
et hec ꝓhibet̄. Si aūt aliquis esset certus sic ioseph q̄ terra in sequē
ti anno vel vsq̄ꝫ ad certū tempus nō fructificaret. tunc hō possꝫ esse
solicitus ꝓ illo tpe. et vsq̄ꝫ ad illud tēpus fruct⁹ reseruare sic ioseph
fecit. Sic licet de oleo in sequentē annū reseruare. q̄ oliue vt in pluri
mū vno anno ferunt fructū et alio āno nō. Sed cū terrā deus om̄i
anno faciat fructificare. supfluū est de sequenti anno cogitare. Q̄
g̊ homo dimittat spūalia vt ire ad eccl̄iam. audire missam et p̄dicati
onem et huiōi ꝓpter opera manualia. q̄ timet in media ꝯsumi nisi sic
faceret. ista est supflua cura de dei bonitate diffidens Debꝫ em̄ hō
sperare q̄ sic deus dat sibi pacem hoc anno et sanitatē. sic in sequenti
bus dabit ¶ Tercio on̄dit q̄d in tota vita nostra principaliter que
rere debem⁹. et ad quem finem om̄ia opera nostra principaliter or
dinare debem⁹ dicēs. Querite primū regnū dei scꝫ principaliter. oī
bus terrenis id p̄ponendo. et om̄ia ꝓpter illud faciendo. et iusticiaꝫ
eius scꝫ regni que scꝫ ducit ad regnū q̄ nō om̄is iusticia ducit ad re
gnū Math. v. Nisi abūdauerit iusticia vestra plus q̄ꝫ scribaꝝ ⁊ pha
riseoꝝ. nō intra. in reg. ce. Iusticia vero regni est om̄ia que xp̄c do
cuit obseruare. Et hec oīa adi. vobis. Glo. Aliud est q̄d principalit̄
datur. Aliud q̄d supaddit̄. q̄ eternitas debet esse in intentōne. tem
poralitas vero in vsu. Alia glosa. Omnia sunt filioꝝ. Et ideo h̄ om̄ia
adijcient̄ vobis nō querētib⁹. Quib⁹ si subtrahūtur est ad ꝓbatōeꝫ
vt scꝫ ꝑ patientiā coronent̄. Si vero dant̄ est ad grāꝝ actōnes et vt
ꝑ bonā dispensatōem mereant̄. Math. xxv. Euge serue bone et fide
lis q̄ sup pau. fu. fide. sup multa te ꝯstituā ¶ Nota g̊ q̄ dn̄s i vbis
istis vitam nostrā ordinare intēdit. vt ordinate viuam⁹. j. Coꝝ. xiiij
Om̄ia honeste et secundū ordinē fiant in vobis. Hic aūt est rectus
ordo vite nostre vt primū et sup om̄ia deū queram⁹ q̄ ē regnū dei
Luc̄. xvij. Regnū dei intra vos est. Secundo queram⁹ facere opera

iusta et esse virtuosi ꝓpter qd̄ puenimus ad regnum dei. Math. xj.
Regnū celoꝝ vim patit̄ ⁊ violenti. id ē iusti et v̄tuosi rapiunt illud
Bona aūt tempalia nō debemus querē ꝓpt se ꝫ ꝓpter bona gratie
vt in gratia dei viuam⁹. ⁊ tandem ad bona glorie ꝑducamur. Non
em̄ possum⁹ sine vita mereri. Vita em̄ sine bonis tpalibus ꝯseruari
nō pōt. Et sic pz ꝙ bona tempalia ordinant̄ ad bona gratie. ⁊ ad bo
na glie. Et ꝑ ꝯsequēs pz qd̄ hic dicit̄ scz ꝙ querentib⁹ primū regnū
dei et iusticiam eius om̄ia tempalia adijciunt̄. qd̄ triplicit̄ ostendit̄.
¶ Primo qꝛ qui habz principale. hz accessoriū. sicut qui hz agrū hz k
fructū eius. ⁊ q̄ hz vxorē hz dotes eius. Cum g̊ vt dictū ē bona tē
poralia ad bona grē ordinent̄ et bona gratie ad bona glie. sequit̄ ꝙ
q̄ habet bona glorie habet bona gratie. Est em̄ gloria grā ꝯsumma
ta. et qui habet bona gratie habz bona tempalia. Math. xix. Centu
plum accipietis ⁊ vitā eternā possi. ¶ Secūdo qꝛ q̄ querit regnū di
et iusticiā eius est filius dei. filius aūt est heres patris in om̄ib⁹ bo
nis suis. om̄ia ergo bona dei habent filij dei. cum igit̄ omnia bona
sint dei. et a deo. sequit̄ ꝙ omia bona sint filioꝝ dei. Sz in datione bo
noꝝ tempaliū de⁹ facit sicut bon⁹ medic⁹ q̄ subtrahit infirmo multa
que ipe vellet. qꝛ sunt ei nociua. solū aūt ei ꝯcedit illa que sunt ei ꝓfi
cua sic sil̄r deus facit. Aug. Scit celestis medicus q̄d nobis datur⁹ ē
ad ꝯsolatōem. ⁊ quid subtractur⁹ ē ad exercitatōem. Nō em̄ hō si
ne cā iumēto suo cibaria subtrahit. multo magis deus filijs suis nō si
ne cā tēpalia subtrahit Idem. Cum petitis tempalia. cū modo peti
te et cum timore illi ꝯmittite vt si ꝓsint det. si aūt scit obesse nō det
Quid aūt ꝓsit et obsit medic⁹ nouit et nō egrotus. ¶ Tercō qꝛ qui
querit primū regnū dei ⁊ iusticiā eius. militat deo ⁊ fit miles ei⁹. sed
nemo militat suis stipendijs vnq̄z. j. coꝝ. ix. Cum ei deo militare si
ne bonis tempalib⁹ nō possum⁹. manifestum est ꝙ nobis ea p̄bebit
Amb. Indecoꝝ est homī curare de cibo vel veste q̄ militat regno
nouit rex qūo militiā suam pascat alat et vestiat. Sic pauit populuz
suum in deserto. xl. annis. sic pauit helyā ꝑ coruū multo tempe. vt pz
iij. reg. xvij. Sic etiā modo inuisibiliter pascit om̄s seruos suos. Et
quis pascit p̄dicatores. et minores et alios multos nihil habentes
nisi ipe qui mouet homines ad benefaciendum eis ¶ In fine nota
ꝙ circa hāc vitam ordinatam mundus tripliciter errat. ¶ Primo qꝛ L
principaliter et summope bona tempalia querit. scilicet sanitatem.
diuitias. honores. et delicias. et secūdario et quasi ꝑ accidens querit
bona gratie scz iusticiā regni. Tot⁹ ei mund⁹ et clerici ⁊ laici vident̄
ad p̄dicta bona defluxisse et in eis bonū suū ꝯstituūt. ps. Beatū di
xerūt ꝓpl̄m cui hec sunt ¶ Scdo qꝛ regnū dei vltio q̄rit scz in morte

Quando enī peccator nō potest plus viuere·vel qñ credit moꝛtem
imminere tunc queꝛit regnū dei et accipit exemplū a latrone in cruce
ꝫ non a iohāne baptista qui a cunabulis fuit sanct⁹. Contra qō no-
ta exemplū de quinq; virginib fatuis que petierunt oleum media
nocte·id est immīnēte moꝛte et non habuerūt·et sic lampades earū
sunt extincte et ipe excluse sunt a regno. Tercō qꝛ queꝛit regnū
dei ꝫ nō iusticiā eius·Omis enī homo vult esse beat⁹ Quia vt dicit
boetius·Mentib hoīm naturaliť sūmi boni cupido inserta ē·Sed
opa beatitudinis nō curat facere·tota die fabꝛicat domū in inferno
et vult habitare in paradiso·Contra qō nota exemplū de filiis zebe-
dei qui petierunt assedere xpō in gloꝛia·ꝫ nō laboꝛare cum eo in pe
na·Et ideo dictū ē eis·Nescitis quid petatis·matħ·xx·Et ideo null⁹
affidat se habere regnū sine iusticia regni cum isti assecuti xpi non
potuerūt regnū aliter habere seu obtinere Luc·xxiij· Vos estis q
pmansi·mecū in temp·m·t ego dispo·vo·sicut disposuit mihi pater
meus regnum·Et sic patet tercum et assequenter totum·

De epistola·sermo xcv·

In spiritu viuim⁹ spū et ambulem⁹·gal·vj·Dupleꝛ ē vi-
ta scz spūalis et coꝛpalis·Vita coꝛpalis assistit in vnione
anime et coꝛpis·Vita spūalis assistit in vnione anime cū
deo·Vnitur enī deus anime p grāz suā in psenti·et in futuro vniet
p gloꝛiā·que vnio vitam causabit·Omis enī xpian⁹ regeneratus p
baptismū in filiū dei·debet hac vita viuere·ad quā vitam in pñti epi
stola aplus nos hoꝛtať·In qua quidē epla q̄ttuoꝛ facit·Primo hoꝛ-
tať omes q p viaz spūssancti q̄ est via vtutū·via vicioꝝ dimissa de
beant ambulare·In principio eple·Secundo ondit q̄liter superiores
respectu inferioꝝ in hac vita teneanť incedere et manere·ibi·Ereś
et si poc·fuerit hō·in·ali·delic·ꝛc·Tercō ondit quō iferioꝛes in hac vi
ta respectu supioꝝ debeant se habere ibi·Cōmunicet aut his qui ca
thetizať ꝛc·Quaꝛto hoꝛtať omes supioꝛes t inferioꝛes in hac vita p
seuerare ibi·Bonū aut facientes nō deficiam⁹. Primo ergo hoꝛ
tatur omes nō distinguendo maioꝛes a minoꝛib vel aliquē gradū
in hominib ponēdo vt ambulēt p viam virtutū et viam vicioꝝ di-
mittant ibi·Si spū viuim⁹ spū et ambulem⁹·id est si spūssanct⁹ me⁹
nos viuificat p grām manifestem⁹ talem vitam per opera exterus
faciendo opera spiritussancti·Rom·viij·Qui vero secundum spiritū
sunt·que spiritus sunt sentiunt·Et nota qꝛ aplus enumeꝛat se cū eis
ne sit de quib dicit matħ·xxiij·Alligāt onera gꝛauia et importabilia
et imponūt in humeros hoīm·digito aut suo nolūt ea mouere Ecō

tra iohes baptista qui penitentiā p̄dicabat vitā penitētis agebat. Et
q̄ ex bene agere ꝯsueuit frequent vana gloria oriri. q̄ precedēs bo
nū euacuat. ideo subdit. Nō efficiamur īanis glorie cu. id ē nō appe
tam⁹ in bonis opib⁹ vanā gloriā hoīm. ꝫ solidā gloriaz dei. ij. Cor. x
Qui gloriat̄ ī dn̄o glorietur. Inuicē ꝓuocātes sup̄. ad ꝯtentōnes et
lites malū scz im ꝓperando vel ꝯuiciando. inuicē inuidētes bonū scz
alteri⁹ odiendo. Phil. ij. Nihil p ꝯtentionē neq; p inanē gl̄iam ꝫ in
humilitate supiores sibiinuicē arbitrātes. Hec aūt mala facit inanis
gloria quā si homo nō appeteret nulli inuideret ¶ Moralit̄ aūt ad
edificatōem nr̄am nota q̄ apl̄us in hac prima pte ad quattuor nos
hortat̄. scz ad ambulandū ꝑm spūm. ad vitandā vanam gloriaz. et ca
uendū prouocationē proximi ⁊ ad inuidiā fugiendā ¶ Primo nos M
hortat̄ vt ꝑm spūm ambulem⁹ qd̄ ꝓpter q̄ttuor facere dem⁹. ¶ Pri
mo vt promissiones q̄s in baptismo promisim⁹ obseruem⁹. Ibi em̄
promisim⁹ abrenūciare dyabolo et pompis eius. et in deuz credere
qd̄ est ꝑm spūm ambulare. Hec est via triū dierꝝ quā filij israel egre
dientes de egipto et de seruitute pharaonis petebāt facere. Exo. iij.
Viam triū dierꝝ ibimus in solitudinē vt immolem⁹ dn̄o d̄o nostro
Filij israel sunt xp̄iani qui in baptismo egrediūtur de egipto id est
de mundo et seruitute dyaboli. Egipt⁹ em̄ interp̄tatur tenebra et ꝯ
fusio que ꝯpetit mundo. q̄ excecat et ꝯfundit amatores suos Egre
diuunt̄ ḡ xp̄iani in baptismo de tenebris peccatorꝝ de ꝯfusiōe mdi
et seruitute dyaboli ¶ Secūdo vt p imitatōz filij dei efficiamur. q̄ q̄
nō ex sanguinib⁹ neq; ex volūtate carnis viuunt. sed secundum spiri
tum vt xp̄us vixit efficiunt̄ filij dei. Ioh. j. Dedit eis potestatē filios
dei fieri. qui non ex sangui. ꝛc̄ sed ex deo nati sunt Si aūt filij et here
des. ro. viij. Magnus honor et reuerentia est esse filium dei. et ma
gnus fructus et affluentia esse heredem. Propter ista aūt duo om
nis homo operatur. sed propter veritatem istorum veri christiani
opant̄. q̄ volūt et verꝝ honorē et verꝝ fructū et affluētiaz. Mūdani
aūt vmbrā istorꝝ q̄rūt Nā oīa bō mdi sūt vmbra futorꝝ bonorꝝ ¶
Tercio vt rōabilit̄ et n̄ bestialit̄ viuam⁹ nobilitatē nat̄e nr̄e ī suo ho
nore obseruātes. q̄ eī ꝑm carnē ambulāt bestialit̄ viuūt et ordinē na
ture puertunt et nobilitatē hūane nature pdūt Psal. Hō cum in ho
nore es. n̄ intel. ꝯpa. ē ꝛc̄. Qui aūt ꝑm spūm ambulant rationabiliter
viuunt. et ordinē nature seruant. q̄ sic instituta ē vt spūs carni dn̄et̄
et nobilitatē hūane nature tenēt q̄ est q̄ angel̄ assimilat̄. et in om̄i
bus creaturis dn̄atur. Homo em̄ secundū spm̄ viuendo transfert̄
ad angelos et nō ip̄is creaturis. ꝫ om̄es creature seruient ei. Psal.
Ego dixi dij estis. id est angeli ¶ Quarto vt vilissimā seruitutē pec

cator et mortem eternam euadam⁹. Qui ergo secundū carnem z nō
ſm ſpiritū ambulant efficiunt ſerui oīm vicior que in ipis regnant
et mortem culpe nature z gehēne incurrūt Ro·viij· Si em ſm car
vixe·mor·ſcz pdicta triplici mor·qui aūt ſm ſpūm ambulant fiunt li
beri Gal·iij· Itaq; fratres nō ſumus an·ſi·id eſt carnis·li libere·id ē
aime·Qui aūt ſm ſpūm ambulant fiunt liberi et effugiūt oīnez mor
tem·Iob·xj·Oīs qui viuit et credit in me·nō morietur in eternum
quia mors nature mutatur in gloriaz Et ideo nō debet dici mors
ſed vita·cum nobilior forma inducatur·z ignobilior abijciat ſcz vita
mortalis·Iob·v·Transiet de morte ad vitaz Secūdo nos inducit
vt in bonis que facimus vanā gloriā nō queramus·Luc·xvij·Cum
Nſe·om·que pcep·ſunt vo·di·ſer·inuti·ſum⁹·Et hoc ꝓpter tria Pri
mo ne bona noſtra que cū tanto labore facim⁹ et que digna ſunt vi
ta eterna perdamus·Math·vj·Amen dico vobis re·mer·ſuaz· Se
cundo quia ſi ꝛtemnim⁹ vanā gloriā habebimus veram gloriam
a deo et ſanctis·Et quis querit gloriam a beſtijs· ſed apud ma
gnos homines vult gloriari et in quo loco·certe nō in camera· ſed
vbi eſt multitudo·Multitudo aūt pmaxima eſt in celo·vbi ē gloria
noſtra·Pſal·Gloria et honore coronaſti eum dñe· Tercio quia ſi
querim⁹ vanam gloriā erimus in ꝑpetuū confuſi manentes ſuſpen
ſus ad furcas inferni·Et que poteſt eſſe maior confuſio q̄z ſtare ſuſpen
runt oꝓbriū ſempiternū·Et attende q̄ hoc vltimū valde difficulter
cauetur·Greg·Quantas vires habet mundi gloria amor neſcit miſi
qui ei bellum indixerit·q̄ et ſi facile eſt eam non appetere dum ne
gatur·difficile tamē eſt eam reſpuere dum offertur Tercō nos in
ducit ne ꝓximū ꝓuocemus ad iram·conuiciando vel mala impreca
do vel culpas quas cōmiſit vel penas et iniurias quas recepit ei ad
memoriam reducendo·Hec em omnia valde prouocant ad iram
Oqua ꝓpter tria cauere debemus Primo ꝓpter peccati grauitatez
Tales em ex ꝓpria malicia peccant quod graui⁹ peccatuz eſt·q̄z qđ
ex ignorantia vel ex impotentia ꝓcedit· vnde tales aſſimilant ꝓua
uis pueris qui ponūt obicem in viaz·vt euntes offendant·et qui ſi
ſcunt aliquem habere vlcus in aliqua parte appodiāt ſe ſup illd· Sic
tales adeo ſunt puerſi q̄ ea libenti⁹ dicūt hoiby vñ ſciūt eos ampli⁹
ſcandaliſari·Prouer·x·Labia iuſti conſiderāt placita z os impior per
uerſa Secūdo ꝓpt templi dei vaſtitatē·Nā tales templū dei vaſtāt
et conburunt igne iracundie·Et ideo ſunt incendarij templa dei ſpiri
tualia incendētes·j·Cor·iij·Templū dei ſanctū ē·qđ eſtis vos Vñ
tales officium diaboli ſibi vſurpant ignem infernalez incēdentes·

Tales filiam dyaboli mortuā suscitant scz iram · q̄ filia dyaboli est· Vnde p omnia tales demonib⁹ assimilant̄· Quia vt dicit aug· nihil similius actib⁹ demonū q̄z litigare ¶Tercō ꝓpter pene acerbitatē tales em̄ gehēna infernali damnabunt̄· Math·v· Qui dixerit fratri suo fatue reus erit gehēne ignis· Hic cadit exēplum de illa sancti moniali de qua dicit greg· in dyalogo· que habebat carnis ꝛtmen tiam ꝙ lingue ꝓcacitatē nō declinauit · ⁊ dum post mortē in eccle sia sepelirēt· de nocte custos ecclesie vidit eā exhumari· ⁊ ante alta re afferri· et p medium secari· ⁊ media ps igne cremata est alia p te intacta remanēte ¶Quarto nos inducit vt inuidiā fugiamus · Et hoc ꝓpter tria ¶Primo qz inuidia est peccatum inexcusabile· P Chriſ· Cū cetera peccata aliquē colorē excusatōis habeāt· inuidia nullum habet· cū nō habeat talē delectatōez qualē alia peccata sed potius cruciatū· Oratius· Inuidia seculi non inuenere tiranni ma ius torment̄ ¶Secūdo ꝓpter nocumentū psonale· Inuidia enim nō nocet vt plurimū nisi inuido· Magna est stultitia seipm ꝛsume re· ⁊ inimico cui inuidet nil mali facere· Oratius· Inuidus alteri⁹ marcescit reb⁹ opimis · Prou·xvij· Spūs tristis exiccat ossa· Inuidus em̄ tristat̄ de bonis primi· Ex quo patet qz inuidia sup omnia peccata turpiorem materiā habet· Inuidia nanqz miseros homines amat· Miseror⁹ em̄ est felicib⁹ inuidere· Vnde sup illud iob·v· par uulū occidit inuidia· dicit greg· Paruulus inuidia occidit· qz nisi in felicior esset de bono alterius nō doleret· ¶Tercio qz inuidia est peccatū nimis durabile· Cipianus· Scelus istud modū nō habēs pmanet iugiter sine fine cū scelera alia finiant̄· Quantū em̄ ille cui inuidet̄ successu meliore ꝓfecerit tanto inuidus in maius incēdiz iuioris ignitus exardescit· huic vultus minax· toruus aspect⁹· pal lor i facie i labijs tremor· stridor in dētib⁹· vba rabida· ⁊ effrenata audacia· manus ad violentiā ꝓmpta· ⁊ si gladio interim vacua· odio tamē furia mentis est armata· Inuidia est fera pessima que occidit abel· vendidit ioseph· ⁊ tandem ipm filiū dei sanctum sanctor⁹ cru ci affigi fecit· Math·xxvij· Sciebat em̄ qz p inuidiā tradidissent eū· Et sic ꝓz ꝓmum ¶Secūdo ostendit quo superiores respectu inferi or⁹ id est plati respectu subditor⁹ debēt in via spūs ambulare· Vn de glosa dicit· Hactenus vniuerse ecclesie est locutus· modo ad p latos loquit̄ specialiter docēs quo tractent subditos· Dicit g̊· Era tres si poc·fu·hō·id est imprudēter lapsus p errorem vel impoten tiam in aliquo delicto nō in multis· ꝙ in aliquo quasi nō vsu quo tidiano peccans· vos qui spūales estis· ⁊ esse debetis· Aliter em̄ nō ꝛpeteret vob⁹ iudicare ⁊ corrigere· j· Cor·ij· Spūalis iudicat oīa

et ipe a nemine iudicat. Greg. sup illud. ij. reg. vij. nō edificab mi-
hi domū scz p̄dicando ⁊ corrigēdo. qr vir sanguinum es. dic. Sordes
tergere nō valet manus q̄ lutuz tenet. Vos igit spūales hmōi sic
peccantē instruite ⁊ corripite nō in spū iracundie sz in spū lenitatis
Psal. Corripiet me iustus in mi. ⁊ increpa. m. Idē. Quoniā supue-
niā. ⁊ corripiemur. Esa. xj. Egredietur vga. i. correctō. de radice iesse.
id est de incendio amoris. Quia si aliter fieret peccās nō pateret
se argui. sz excusaret ⁊ defenderet culpā suā. Seneca. Vicia animi
sic et vicia corpis leniter sunt tractanda. maxime qn̄ hō ex ignorā
tia vel infirmitate peccat. Ex malicia em̄ peccātes durius sunt pu-
niendi vt h dicit glosa. Cōsiderans teip̄m ne ⁊ tu tēpteris. i. talem
correptōez dēt p̄latus facere hūiliter ⁊ cū timore dei. qr pōt ⁊ ipe
similiter cadē. Eccī. xxxj. Intellige q̄ sunt ꝓximi tui ex teipo. j. Cor.
x. Qui se existimat stare. vi. ne ca. Aug. Nihil ad miam sic inclinat
q̄z ꝓprij piculi cogitatō. Sic g̊ ptz q̄ p̄latus spūalis dēt esse humi-
lis ⁊ timoratus. Debet etiā esse ꝯpassiuus ⁊ pius vt supportet ali-
oꝝ īfirmitates. Et hoc ē qd addit. Alter alterius onera portate. et
sic adim. legē christi. Lex christi ē lex pietatis ⁊ mie. Math. xij. Eū-
tes discite qd ē miam volo ⁊ nō sacri. Ro. xv. Debemus nos firmi-
ores imbecillitates infirmoꝝ sustinere ⁊ nō nob placere. Et qr p̄la-
tus in dignitate status exn̄s frequēter surgit in elatōez mentis se
magnū reputando. ⁊ ido onus ꝓximi nō vult ꝑtare. ⁊ ido hoc re-
mouet d. Nā si q̄s existimat se aliquid esse cū tn̄ nihil sit scz ex se.
sed ex grā dei. ipe se seducit. i. a vitate cadit. vt phiseus se seduxit.
Et qr p̄latus nō solū surgit in elatōez mentis ꝯsiderādo ⁊ putan-
do se aliqd magni sz etiā p ꝯsideratōz alterius qn̄ scz putat fratrez
peccantē imꝑfectū in ꝯpatōe suiip̄ius. ido h remouet dicēs. Op⁹
aūt suū ꝓbet vnusquisqz. Cōsideratō em̄ ꝓpa multū valet ad hūi-
liatōz. Mich. vj. Humiliatō tua in medio tui ē. Nihil em̄ hō inue-
nit in se qd sit ex se nisi malū ⁊ culpā. sz q̄dq̄d boni hz aliunde est. j.
Cor. iiij. Quid habes qd nō ac. Et ido sic hō ꝯsiderans defect⁹ su-
os habebit gloriā tm̄ in seipo. i. intus in ꝯsciētia vbi se humiliauit.
Gaudet em̄ qr ꝯgnoscit morbū suū quē sanari dsiderat. Psal. Om-
nis gl'ia eius filie regis ab intus. ⁊ nō in altero. i. nō in alteri⁹ elo-
quio vl' opinione. i. p hoc q̄ aliq̄s ꝯsiderat se defectuosuz ⁊ p ꝯn̄s
se humiliat habet gl'iam a deo q̄ est gl'ia ꝓpa intus in aīa manens
et nō hz gloriā in altero. i. in opinione ⁊ gl'ia alterius qr se nō cre-
dit aliqd magni reputari ab altero. ij. Cor. j. Gloria nostra h est
testi. ꝯsci. no. Et iustū est q̄ vnusquisqz seip̄m ꝓbet. qr vnusquisqz
onus suū ꝑtabit. onus scz p delictis suis debitū. Et ido nō effert

de ꝯmendatōe alioꝝ. Psal. Tu reddes vni. ſm opa ſua. ¶ Moraliť Q
aūt nota ꝙ in tota hac ſecunda pte monet nos apoſtolus vt alter
alte. one. portemus. Ad qd̄ faciendū quattuor nos inducūt. ¶ Pri
mū eſt excellentia ſaluatoris qui cū ſit infinite potentie ⁊ excellen:
tie inclinauit ſe vſqꝫ ad terrā. vt nobiſcū onera nr̄a ptaret ⁊ factꝰ
eſt infirmus ⁊ egenus vt p expientiā facti nobis ꝯpateret ⁊ ab oī
miſeria nos liberaret. Heb. iiii. Nō habemus pon. q̄ nō poſ. cōpa.
infir. no. tēp. aūt p omnia. Erubeſcat g̊ homo nō ꝯpati fratri ſuo. ⁊
eius onus nō portare. cū diuina maieſtas voluit infirmari vt no:
bis ꝯpateret et ab onere ſubleuaret. Nonne etiā diuina maieſtas
quotidie nos ſupportat a malis q̄ meremur ꝓtegendo ⁊ neceſſaria
vite ꝯferendo ⁊ mores noſtros g̊ues ſuſtinendo ⁊ ad penitentiā
nos expectando. Certe ſic. Eſa. xlvi. Audite me domus iacob qui
portamini a meo vtero. ¶ Secundū eſt angeloꝝ beniuolentia qui
nobiſcū onera noſtra portant ſcꝫ nobis in pugna ſpūali aſſiſtēdo
oratōes noſtras corā deo ferendo. ⁊ ad nutritōeꝫ ⁊ vitam noſtraꝫ
corpa celeſtia mouendo. ⁊ animas noſtras ad celū portando. Heb.
i. Om̄es ſunt adminiſtratorij ſpūs in miniſteriū miſſi. Si g̊ angeli
qui in curia celeſti corā deo aſſiſtunt. deſcendūt vſqꝫ ad nos vt one
ra noſtra portent. quanta ꝯfuſione digni ſumus q̄ onera fratꝝ no
ſtroꝝ portare recuſamus. Nōne ꝯfunderemur. ſi fratres mino:
res venirent ad ſ̄uiendū fratribꝫ noſtris q̄bꝫ nos ſeruire nollemꝰ.
Certe ſic ¶ Terciū eſt miniſteriū omnis creature. nā omnis crea
tura ſupportat ⁊ iuuat infirmitatē noſtrā. qꝛ cecitatē noſtrā ſol fu:
gat aerem illuminādo. famē noſtrā reficit terra fructus ꝓducēdo
immūdicias noſtras aq̄ abſtergit nos lauādo. frigus noſtꝝ ignis
depellit nos calefaciēdo. Et breuiter om̄is creatura onera noſtra
ſupportat. In quo dať nobis exēplum vt alter alterius onera por
temus ¶ Quartū eſt maxima indigentia noſtra ⁊ ꝯmunis viciſſi
tudo qꝛ quotcunqꝫ onera q̄s ſuſtinet hodie. ⁊ quantacūqꝫ infirmi:
tate detinet. quicunqꝫ alius quātacūqꝫ dignitate fulgeat pōt cras
eadē onera ſuſtinere. ⁊ eādē infirmitatē pati. Eccī. xxxviii. Memor
eſto iudicij mei ſic erit ⁊ tuū. mihi heri. tibi hodie. Rota fortune q̄
tidie ⁊ velociſſime vertiť. et mundus quotidie mutať Et hoc ē qd̄
hic diciť. Cōſiderans teip̄m ne et tu tēpteris. Multū em̄ hō moue
reť ad onus ꝓximi ſuſcipiendū. ſi ip̄e cito ſe crederet in ſimili caſu
eſſe ¶ Et nota ꝙ onus ꝓximi qd̄ portare debemꝰ. in quattuor ſpe: R
cies diuidiť. ſcꝫ in onus iniurie qd̄ debemus patiēter ptare ⁊ ei p:
cere In onꝰ infirmitatis nā infirmitates ⁊ defectus naturales ꝓxi
mi patiēter tolerare dēmꝰ. Amb. Cū magna pietate portādi ſunt

qui increpari ꝑ sua infirmitate nō pñt. In onus necessitatis. qꝛ ne-
cessitates ꝓximi nostri bñficijs et elemosinis subleuare dēmus ac
etiā obsequio corpali. exemplo christi q̄ pedes discipulorꝫ lauit. Et
in onus penitētie ꝑ peccatis debite. in quo fratres nostros iuuare
dēmus. exemplo christi qui penā peccatorꝫ nostrorꝫ ꝑtulit sup li-
gnū in corpe suo. Et ꝑcipue illos qui sunt in purgatorio q̄ incide-
runt in manus dñi ⁊ ꝯplent ibi penitentiam. Iob. xix. Miseremini
mei. miseremī mei saltē vos amici mei qꝛ manus dñi tetigit me.
Quos ꝓpter quinqꝫ iuuare dēmus ¶ Primū est g̃uitas penaruꝫ.
Aug. Miro mō est grauis ignis iste. Supat em̄ omnē penā quā
aliq̄s in mūdo isto ꝑpessus ē. Nō pñt enumerari pene alterius vi-
te. Libētiusqꝫ dat̄ ⁊ dari debet elemosina in multis penalitatibꝫ cō-
stitutis. Quis differt subuenire amico suo quē videt in ignem ceci-
disse. Et ideo valde sunt culpandi q̄ habēt testamēta dispensare et
alia suffragia facē ⁊ differunt. cū ꝓpter illa citius ab illis penis li-
berent̄. Hic cadit exēplum de illo qui misit equū ꝯgnato suo ven-
dendū ⁊ in elemosinas erogandū ꝑ aīa sua, qui nō fecit; cui ipe pꝰ
aliqd̄ tps apparēs dixit. Expectabā elemosinas equi mei ꝓpter q̄s
citius fuissem liberatus a penis. Nunc aūt ad deū vado, ⁊ cito te
coram eo parere optebit. Qui statim cecidit mortuus ¶ Secūdū
est artissima pauptas in qua sunt cui nulla pauptas mūdi ꝯpari
pōt. qꝛ pauptati sue nullo mō ꝯsulere possunt. nec laborando nec
mēdicando nec mutuo acq̄rendo. Eccs. ix. Quecūqꝫ ꝑt manus tu-
fa instan. opa. qꝛ nec opus. nec ratio. nec sapientia. nec sciētia erunt
apud inferos quo tu ꝓperas. Magis aūt indigentibꝫ libentius dꝫ
elemosina dari ¶ Tercium ē qꝛ nō possunt nobis sua necessaria in-
dicare. ⁊ a nobis sua suffragia postulare. Libentius aūt fit elemosi-
na puulis expositis. qꝛ nō pñt querere nec habent ꝑuitorē q̄ ꝑ eis
petat ¶ Quartū est. qꝛ nos ⁊ nostra ab eis hēmus. ipsi em̄ nos ge-
nuerūt. ⁊ diuitias pauerunt. Valde ingr̄tus est ille ꝑentibꝫ q̄ semel
in anno nō facit ꝑ eis vnā missam cantari. cuꝫ ipsi nos. xx. seu. xxx.
annos nutriuerant. Multū poterūt ꝯqueri de nobis apud deum
cū liberati fuerint a carcere ⁊ penis purgatorij ¶ Quintū est ma-
gnū emolumentū nostrū. qꝛ cū ipsi ꝓpter nostra suffragia fuerint
liberati in ꝯspectu dei ꝑ nobis orabūt. ⁊ veniam peccatorꝫ nobis
impetrabūt. Iusto etiā dei iudicio fiet. vt cū nos fuerimus mortui
alij nobis sua suffragia largient̄. si nos dum viuimus alijs bñfaci-
mus. ⁊ si nos alijs nō bñfacimus nec nobis ab alijs bñfiet. Et sic pꝫ
scd̄m ¶ Tercō oñdit q̄uo inferiores respectu suorꝫ ꝑlatorꝫ in via
spūs debēt ambulare dicēs. Cōmunicet autē is qui cathezizat̄ v̄bo

id est instruit ei qui se cathezizat i instruit i omnibꝫ bonis. Qd̄ p̄t
duobꝫ modis intelligi. Vno mō sic. In omnibꝫ bonis ꝯmunicet i.
doctrinā eruditōnis p̄latoꝝ in omnibꝫ q̄ docēt impleat. ⁊ ꝯmunē
se doctori faciat recipiēdo q̄ ille dicit. vt sic p̄dicator ⁊ doctor fru:
ctum quē querit ⁊ desiderat ꝯsequat. Alio mō intelligit ad lr̄am d̄
ꝯmunione bonoꝝ tp̄alium. j. Coꝝ. ix. Si vobis bona sp̄ualia semi
namus. nō ē magnū si carnalia vestra metamus. Sꝫ qꝛ subditi pos
sent dicē qūo faciamus qd̄ dicit nobis p̄latus. cū ip̄e sit malus. no:
lo facere. Ido hoc remouet dicens. Nolite errare dicendo scꝫ qūo
faciam qd̄ dicit mihi p̄latus. cū ip̄e sit malus. qꝛ nō est dictū vobis
vt faciatis q̄ faciunt. sꝫ que dicunt. Math. xxiij. Que di. fa. q̄ autē fa.
no. fa. Luc. Qui vos audit me audit. ⁊ qui vos spernit me spernit.
Et hoc quantū ad p̄mā expositōꝫ. Quantū aūt ad secundā sic dixi.
vt ꝯmunicetis bona tp̄alia mīstrātibꝫ sp̄ualia. Nolite tn̄ errare vt
ab h̄ vos excusetis dicendo Nō hēmus qd̄ magistris demus. Ma:
ꝑmo. Quicunqꝫ es nō te excuses vt dicas te sumptus nō posse mi:
strare magistro. Noli te decipe quasi deū possis fallere. Vn̄ tu vi:
uis inde magistrū tuū sustenta. Quantū aūt ad vtrunqꝫ subiungit
ratōnem ꝯmunē d. Deus nō irridet. Glo. Scit em̄ corda. ⁊ ido nō
irridet tanq̄ꝫ ignorās. qꝛ que seminauerit hō hic in p̄senti opando
hec ⁊ metet in futuro p̄miū recipiendo. j. Coꝝ. iij. Vnusquisqꝫ ꝓp̄
mer. reci. se. s. la. Et h̄ exemplificat in malis. ⁊ in bonis dicēs. Quo:
niā qui seminat in carne. i. opa carnalia in carne exn̄s facit. de carne
id ē de suo carnali semine metet corruptōꝫ. i. corruptōnis ⁊ passio
nis penā. Iob. iiij. Qui seminant dolores metēt eos. Qui aūt econ:
tra seminat in sp̄ū scꝫ manens in sp̄ūsancto seminanti ꝯsentiens. de
sp̄ū. i. de ope sp̄uali metet vitam eternā. i. ꝯsequet eternā beatitudi
nem. Prou. xj. Seminanti iusticias merces fidelis. ¶ Quarto indi
stincte monet om̄es supiores ⁊ inferiores ad p̄seuerandū in via
sp̄ūs ⁊ bonitatis dicēs. Bonū aūt facientes nō deficiamus. sꝫ finali
ter p̄seueremus. qꝛ tempe suo metemus nō deficientes. Glosa Si
hō nō imponit finez opi nec deus imponit finē remuneratōi. Iac.
v. Ecce agricola p̄ciosum fructū terre patienter expectat donec ac
cipiat tēpaneū ⁊ serotinū. i. g̃tiaꝫ in p̄senti ⁊ gl̄iam in futuro. l̄ cor
pis stolā ⁊ aīe gl̄iam ¶ Vltimo ꝯcludit d. Ergo dum tp̄s habem⁹
opemur bonū ad om̄es. q̄cunqꝫ ⁊ qualescunqꝫ sint. j. Coꝝ. ix. Om
nibꝫ om̄ia factus sum vt oēs saluos facerē. Maxime aūt ad dome
sticos fidei. i. ad fideles ecclesie. j. Thi. v. Si quis autē suoꝝ ⁊ maxi:
me domesticoꝝ curā nō hꝫ. fidē negauit ⁊ est infideli d̄terior. Cañ.
ij. Ordinauit in me caritatē. Vt p̄mo mihi post domesticis ⁊ tādē

extraneis. Et sic ptz totū de epl'a

Dominica xvj de euangelio sermo. xcvj.

IBat iesus in ciuitatem q̄ vocat̄ naym. Luc. vij. Sic dicit
ioh. Christus ad h̄ venit vt vitā haberemus. Ego inq̄t
veni vt vitā habeant. Eramus em̄ mortui in delictis ⁊
peccatis nostris. Eph. ij. Propt̄ nimiā ca. s. q̄ dile. nos de-
cū es. mor. pec. ꝯuiui. nos xp̄o cui⁹ g̃tia estis saluati ⁊ cōresuscitauit
et ꝯsedere fecit in celestib⁹ in christo ih̄u. Vbi apl'us ostendit q̄ tri
plicē vitā ꝯsecuti sumus p christū. scz vitā gr̄e. qua in christo nos
viuificauit. vitā nature in qua cū christo nos resuscitauit. ⁊ ponit̄
p̄teritū ꝓ futuro q̄ causa resurrectōis nostre. s. resurrectō christi
iam erat facta. ⁊ vitā gl'ie in qua nos cū christo ꝯsedere in celesti
b⁹ fecit. i. faciet. Habet em̄ christus q̄ est vita. triplicē mortē sugare
p triplicē vitā quā ꝯfert. Nā p vitā g̃tie expellit mortē culpe. p vi
tam nature expellit mortē nature. ⁊ p vitā glorie expellit mortez
pene eterne. In h̄ aūt euangelio agit̄ de morte ⁊ vita nature. scz
qūo christus quendā mortuū ad sepulcr̄ dum ptaret̄ reuocauit
ad vitā. In quo quidē euāgelio quinqz ordinarie describunt̄. Pri-
mū est christi cū discipulis suis i ciuitatē naym deambulatō. In p̄n
cipio euangelij. Secundū est defuncti cū matre vidua christi ob-
uiatio ibi. Cū a ꝓp̄in. por. ci. Terciū est sup matre defuncti christi
ꝯpassio ibi. Quā cū vi. do. mi. mo. ꝛc. Quartū est defuncti resusci-
tatō. ibi. Et acces. ⁊ te. lo. Quintū ē ex visione miraculi ꝓpl'i edifica-
tō ⁊ diuine maiestatis laudatō. ibi. Accepit aūt om̄es timor ꝛc. vs
duas ciuitates ꝯstituunt·nam amor dei vsq̄ ad ꝯtemptū hominis
ꝯstituit ciuitatē celi Amor vero ꝓprius vsq̄ ad ꝯtemptū dei cōsti
tuit ciuitatem babilonis·Est enim amor habendi qui est cupiditas
Amor luxuriandi qui est carnalis concupiscentia· Amor dn̄andi q̄
est supbia et sic de singulis Et sicut febricitans nunc habz frigoris
tremorē·nūc calorē Sic pccor hz inordinatū timorē boni transito
rij Plus em̄ timet pdere terrā q̄z celū· et que minus sunt amanda
amat plus Vn̄ aug⁹ dicit q due res scz cupiditas ⁊ timor omīa pec
cata ꝓducunt in homine· Et ꝓpterea peccator duas penas habebit
scz ignez et frigus his duabꝫ radicibꝫ peccatoꝝ·scz inordinato amo
ri·et inordinato·timori correspondentes·Iob·xxiiij·Ad calorem ni
A nium transiet ab aquis niuiū ¶ Sunt etiā septe genera febrium·se
ptem genera peccatoꝝ significantia· Prima est quotidiana et sig̃t
peccatū gule ꝓpter cōtinuā exactōem·Esa·lvj· Venite sumam⁹ vinū
et impleamur ebrietate et erit sicut hodie sic et cras· et multo am
plius Secunda febris est effimera·que dicit ab effimero pisce mari
no·qui eodem die quo nascit morit et signat subitū ire motū qui ci
to finit qui si duret transit in odiū Eph·iiij· Sol nō occidat sup ira
cundiam vestrā Tercia est teuratica que nō accidit certis horis· et
signat peccatū inuidie· que qn̄ quis laudat vel ꝓsperat accedit qn̄
aūt vitupat vel infortuniū patit recedit·et nō habz horas determina
tas Quarta est terciana ⁊ signat illos qui satis facere nolūt Contra
quos exo·viij· Viā triū dieꝝ pgem⁹ in solitudinē Quinta est conti
nua et signat auariciā·q̄r auar⁹ q̄tidie sitit ⁊ maxime vsurarius Se
xta est quartana et significat supbiā·que in quattuor speciebꝫ consi
stit·Quattuor spēs tumoris sunt vt vl cū aliquis bonū quod habz
a se habere existimat vel pro suis meritis datū sibi putat·vel cum ia
ctat se habē qd̄ nō habz·vel cū despectis ceteris appetit singularit
habere quod habet Supbia sic quartana difficult sanat·p̄s· Supbia
eo·qui od te as·sp· Potest etiā q̄rtana significare luxuriā· que in cor
pore regnat quod et ex quattuor humoribꝫ componit· in quibꝫ lu
xuria radicat Hec etiā sic quartana difficulter sanat· Septima ē fe
bris ethica·que est in venis ⁊ membris radicata·in quibus natura
lis humiditas cōsumit·et signat accidiam et tristiciaz mentis q̄ exic
cat ossa Prou·xvij· Spūs tristis exiccat ossa ¶ Tercō febris signat
peccatū rōne ꝓcessus Processus em̄ febris talis est· Primo em̄ fit
collectō humoꝝ·secundo distempantia·tercō actualis febris·q̄rto

extensio eius ad mēbra. Sil'r in peccato. p̄mo colligunt̄ male cogi-
tatōes in corde. Scd̄o supuenit male cogitatōnis distempantia in
qua incipit esse peccatū cui maxime resistendū ē. Tercō sequit̄ per
ꝯsensum peccatū actuale. Quarto peccatū diffundit̄ p op⁹ extrinse
cū ⁊ euidentiā facti. Esa. iij. Peccatū suū quasi sodoma p̄dicauerūt
nec absconderūt De illis quattuor d̄r Iac̄. j. Vnusquisq3 temptat̄ a
ꝯcupiscētia sua quo ad p̄mū. Deinde ꝯcupiscentia cū ꝯcepit parit
peccatū q̄ ad scd̄m. Peccatū v̄o cū ꝯsummatū fuerit q̄ ad terciū ge
nerat mortē q̄ ad quartū ¶ Quarto rōe effectus. nā febris h3 effe-
ctū omniū peccatoꝝ. qd̄ pt3 quantū ad octo effectus febris. nā fe
bris eleuat ⁊ dep̄mit pulsu3 sic facit peccatū supbie. Esa. xiiij. In ce
lū ꝯscēdā sup astra celi exaltabo soliū meū. Et sequit̄ Verūtn̄ ad i
fernū d̄traheris in p̄fundū laci. Lucē odit sic facit peccatū inuidie q̄
de luce aliene p̄speritatis tristat̄. Oracius. Inuidus alteri⁹ marces
scit reb⁹ opimis. Quietē tollit. sic facit peccatū ire q̄ hō iratus non
inuenit requiē s̄ semp satagit ad vindictā. Appetitū turbat. sic facit
peccatū accidie q̄ oīa spūalia facit desipe ⁊ i nauseā venire. Nūi. xxj.
Aīa nostra nauseat sup cibo isto. Calefac̄ corpus sic fac̄ peccatum
luxurie. Iob. xiij. Ignis ē vsq3 ad ꝯsummatōz deuorans. Vn̄ spūali
ter p febrē sig̃ficat̄ peccatū luxurie. Aug̃. Melius ē estuare febrib⁹
q̄3 ardere libidinib⁹. Ardor luxuriosoꝝ manifestus ē. Anhelitum
fetidū ⁊ corruptū reddit. sic facit peccatū gule. Os em̄ gulosi ex ni
mia potatōe ⁊ cibo vald̄ fetet ⁊ corpaliter ⁊ spūaliter. p̄s. Sep. pa.
ē gut. e. Facit hoīem valde sitire nec satiat̄ potu. sic fac̄ peccatū aua
ricie ⁊ cupiditatis. q̄ auarus quanto plus bibit de pecunia. tanto
pl⁹ sitit. Ecc̄is. v. Auarus nō imple. pec. Vn̄ spūaliter p febrē pecca
tū auaricie designat̄. q̄ auarus semp sitit. vsurarius aūt hab3 febrē
ꝯtinuā. q̄ ꝯtinue male acq̄rit. nec defert alicui sancto. Constipat
ventrē. sic facit peccatū obstinatōnis ⁊ impnīe. qd̄ indurat aīam vt
nō emittat peccatū possessu3 p ꝯfusionē. Gen̄. iiij. Maior ē in. me.
q̄3 vt ve. me. Exo. vij. Induratū est cor pharaonis. Et sic pt3 q̄ per
octo effectus febris assil'at̄ pc̄tm febri ¶ Quinto assil'at̄ pc̄tm fe-
bri rōe curatōis Quattuor em̄ modis sanat̄ febris ⁊ sil'r peccatu3.
Sanat̄ em̄ febris aliqn̄ sudore. sil'r pc̄tm p ꝯtritōz ⁊ lacrimaꝝ effu-
sionē. Sic fuit sanata magdalena. Aliqn̄ vomitu. ⁊ sig̃ficat ꝯfessio-
nē p quā hō mala q̄ h3 i stomacho aīe reijcit p os dū cōfitet̄ Psal.
Dixi cōfi. adu̇. me in iust. me. do. Sic fuit sanatus dauid q̄ ait. Ego
sum q̄ peccaui ego iniq̄ egi ꝛc̄. ij. Re. xxiiij. Aliqn̄ minutōne ⁊ sig̃fi
cat elemosinaꝝ largitōz ⁊ alienoꝝ restitutōez. p quā hō minuit de
substantia tp̄ali. Sic fuit zacheus sanatus q̄ ait. Dn̄e ec. di. bo. m.

do pauperibus. et si quē defrau. red. q̄. Lu. xix. Aliqn̄ somno. et significat
contēplatōz p deuotā oratōz. Sic fuit sanatus publicanus. Lu. xviij.
Descēdit h̄ iustificatus in domū suā. ¶ In fine aūt istius p̄mi mē
bri nota q̄ duo d̄ isto febricitāte dn̄r. s. q̄ erat filius reguli. et q̄ infir
mabat̄ capharnaū qd̄ interp̄tat̄ ager pinguedinis. Nec āt duo scz
nobilitas generis et pinguedo rerū sunt frequētissime causa et occa
sio febris peccati. Filij em̄ magnorū vt nobiliter et magnifice viuant
multa iniuste et p violentiā extorquēt. Et sic ē in eis peccatū super
bie et rapine. Itē deliciose nutriunt̄ ꝓpter qd̄ magis ad luxuriā inci
tant̄. et sic ē in eis peccatū luxurie et gule. Silr pinguedo rerū ē mil
tis occasio spūaliter infirmādi. Psal. Prodijt q. ex adi. iniq. eo. Eze.
xvj. Hec fuit iniq̄tas sodome supbia abundātia ociū ꝛc. Plures in
firmant̄ in ꝓsperis q̄z in aduersis. Psal. Cadēt a la. t. mil. et de. mi. a
de. t. Et plures pficiunt̄ in aduersis q̄z in ꝓsperis. Et ido tpe psecu
tōis ecclesie q̄si om̄es pōtifices erāt sancti. s̄z tpe pacis et pinguedīs
ecclesie pauci reperiunt̄ sancti. Propterea abundātia rerū nō e peten
da Gre. Cū oīs fortuna timēda sit magis ē timenda ꝓspa q̄z adu
sa. Hec em̄ seuiēdo erudit. illa blādiendo seducit. Et sic pz p̄miū ¶ Se
cūdo ponit̄ christi ad regulū increpatō. qr nisi signa et ꝓdigia vide
ritis. i. maiora et minora miracula. nō creditis. vl̄ sig̃ terrena et ꝓdi
gia celestia. Sz quō nō credidit q̄ ꝓ impetrāda filij salute venit. Et
ideo dicendū vt dic̄ beda. fides eius triplicē habuit g̃dū sic et que
libet alia v̄tus scz initiū. incremētū. et pfectōz. habuit em̄ initiū qn̄
ip̄m rogauit vt descēderet et sanaret filiū eius. tūc em̄ et credidit et
dubitauit. Credidit q̄ filiū sanare posset. s̄z nō credidit q̄ ip̄m sana
re posset nisi p̄ns esset et corpe. Deinde fides eius accepit incremē
tū qn̄ credidit sermoni quē dixit. filius tuus viuit. Tandē accepit p
fectōez. qn̄ s̄uis nūciantibus filij sanitatē. credidit ip̄e et domus eius
B tota ¶ Circa h̄ aūt notandū q̄ fides nostra debuit oīno p miracu
la confirmari. al̄s nullo mō hoīes credidissent. sic h̄ d̄r nisi sig̃ et ꝓdi
gia videritis nō creditis. Et h̄ pz multiplici rōe ¶ Primo rōe eius
qd̄ de christo credē debebāt scz q̄ ip̄e esset naturalis filius dei. verus
deus. et verus hō. qr hoīes nō tenebant̄ credē christo q̄ esset filius
dei nisi miracula excedētia omnē naturā et omnē rōnē fecisset. Me
diū em̄ et conclusio dn̄t esse eiusdē generis et valoris. cū conclusio v̄tu
te sit in p̄missis vt di. phus. Et ido sic h̄ scz q̄ christus esset filius dei
omnē rōnē et om̄e ingeniū et naturā excedit. sic ad h̄ ꝓbandū debe
bāt fieri miracula totā naturā supantia et omnē penitus rōnē. Et h̄ ē
qd̄ christus di. ioh. xv. Si opa nō fecissem in eis q̄ nemo alius fec̄ pec
catū nō haberēt. Nūc aūt excusatōz nō hn̄t de peccato suo. Cū aūt

opatō demōstret rē vt d. phs. ⁊ ipe potestatiue vt deꝰ. ⁊ nō in vtu
te orōnis vt alij sancti fecerit opa. q̄ isto mō solus deꝰ facē pōt. li:
quet ꝙ ipe erat deꝰ Io. v. Opa q̄ ego fa. sunt q̄ te. phi. de me ¶ Se:
cūdo rōe fidei antiq̄te. Romani em̄ ⁊ sapiētes mūdi vidētes p viā
nature ꝓcedē a corpibꝫ celestibꝫ omnē vtutē ⁊ vitā ⁊ bonā disposi:
tōz in homines. ⁊ in om̄ia inferiora. colebāt corpa celestia tanq̄z de
os scz solē ⁊ lunā ⁊ stellas. Iudei etiā ab antiq̄ receperūt legē p moi
sen cui locutus fuerat deus ore ad os. q̄ dicebāt deū esse vnū. ⁊ esse
spm̄ ⁊ nō carnē. Vn̄ in datōe legis mosayce nō fuer̄t facta miracu
la. qꝛ moyses nihil supra naturā ⁊ incōp̄hensibile p̄cepit eis credē.
ꝫ solū ea q̄ phi naturaliter ꝓbāt. s. ꝙ ē vnus deus ⁊ sil'ia. a ꝯsuetis
aūt recedere ⁊ a fide in q̄ q̄s natus est ⁊ nutritꝰ. nō p̄t fieri sine di:
uino miraculo ad minꝰ q̄ntū ad om̄es vel maiorē ptē exn̄tiū in il:
la fide. ⁊ maxime si fides natiua ē facilis ⁊ alia difficilis sic ē nostra
fides. Hic cadit exemplū de q̄dā demoniaca q̄ interrogata q̄ essent
peccata. q̄ hō magis difficulter relinqueret Rn̄t ꝙ duo scz accipere
alienū. ⁊ ꝙ maxime difficile erat ꝙ hō relinq̄ret fidez in q̄ natus ē
et nutritus. Huiꝰ exemplū videmꝰ in om̄ibꝫ. Nā ꝙ aliq̄s a iuuentu
te nutritꝰ in delicijs ⁊ diuitijs in senectute relinq̄t eas ⁊ subeat pe:
nitētie iugū. nō ē possibile sine diuino miraculo. Propterea chri:
stus ait. Facilius ē ca. p fo. ac. trā. q̄z di. int̄ in re. cel. mat. xix. Propt̄
qd̄ d̄r treñ. iij. Bonū ē vi. cū pta. iu. ab. ado. s. Sz qn̄ videbant homi:
nes christū ⁊ apl'os talia facere. dicebāt ꝓ certo isti verꝫ dicunt et
ido credendū ē eis. ¶ Tercō rōe psecutōis tyrānorꝫ ⁊ vilitatis et
indefensionis apl'orꝫ ⁊ aliorꝫ p̄dicantiū hanc fidē. orthodoxorꝫ em̄
fides ⁊ catholica ecclesia maximas psecutōes passa ē a p̄ncipibꝫ mū
di vt di. aug. Et conati sunt pluries romani p̄ncipes p potentiā et
omnē modū hanc fidē exterminare. Apl'i autē ⁊ eorꝫ seq̄ces erant
viles psone ⁊ vilis ꝯdicōis. Et ex mādato dn̄i erant sic oues in me
dio luporꝫ nullā defensionē facientes Math. x. Ecce ego mit. vo. sic
o. in me. lu. Exemplū de legione thebea. Sil'r christꝰ fuit corā iudeis
qꝛ nulla defensione vsus ē. ꝫ tanq̄z o. ad oc. duc. Si g̊ miracula nō
fuissent facta statim fides defecisset. Sz qn̄ homines videbāt talia
miracula fieri qn̄ vnus interficiebat̄ decē credebāt ⁊ qn̄ decē inter:
ficiebant̄ centū credebant. Et ido in psecutōibꝫ tyrānorꝫ fides mul:
tū creuit. Vn̄ sicut piscis crescit in aq̄. sic ecc̄ia in psecutōibꝫ crescit.
vt appareat manifeste ꝙ h̄ fides ē a deo. ad cuius ꝯfirmatōz tot mi
racula on̄dit. Et sic pz quare mō nō fiūt miracula qꝛ scz fides ē con
firmata. Et si obijcias de lege machameti. q̄ tm̄ durauit. Dicendū
ē ꝙ secus ē de ista. qꝛ lex ista leuis est valde. ⁊ facilis ad tenendum.

imo in multis delectabilis vnd non subsistit in vtute bonitatis sz
in vtute facilitatis sic vsure semp durāt nō qz bone sz qz vtiles. Du
rat etiā ista lex qz mandat in ista q sub pena capitis nullus dubitz
de illa vñ qi p potentiā armoꝝ sustentat. Et ꝓpterea sacerdos sara
cenoꝝ qñ pdicat semp tenet ensem euaginatū vt nullꝰ ꝯtradicat
legi. Si em qs posset disputare de ea manifeste falsa demōstraret
Ponit etiā in hac scda pte reguli p filio exauditō qz vade filius tu
us viuit. Viuit vita nature ⁊ vita gtie qz di pfecta sunt opa. Et iō
quē christus sanauit in aia sanauit ⁊ in corpe. Vbi pensandū ē qn
tū valeat vtus fidei qz si fides impfecta ⁊ informis i regulo potu
it filio salutē mētis ⁊ corpis impetrare qd pt pfecta ⁊ formata cer
te mirabilia pt Mat. ix. Si potes credē oia possibilia sunt credēti
Vñ etiā alexander p fidē filioꝝ israel inclusionē obtinuit vt in hi
storijs scola habet. Vbi dic ioseph⁹ Quid facturus ē deus p fideli
bꝫ si tm p infideli fecit. Math. xvij. Si habueritis fidē vt gnū sina
pis dice mō huic trāsi hinc ⁊ trāsibit. Et attende q exauditus est re
gulus ad vtilitatē ⁊ si nō ad volūtatē. Nā petebat christū psonali
ter descendē ad filiū qd christus nō fec sz qd magis erat ei vtile qz
in h q absens curauit fidē eius q diminuta erat pfecit ⁊ sic eū ad
vtilitatē exaudiuit Aug. Nō ē magnū a deo exaudiri ad volūta
tē sz ad vtilitatē. Nā dyabolus exaudit petens iob ad tēptandū et
nō exaudit paulus petēs stimulū amouendū. Exaudiuit qppe eum
ad vtilitatē. Nā eger petit multa a medico q ei medicꝰ nō ꝯcedit.
Nō exaudit ad voluntatē vt exaudiat ad sanitatē. Habemus etiaz
h exemplū a christo magne hūilitatis qz ad filiū reguli noluit ire
etiā rogatus. Ad seruū vo centurionis se ituꝝ ꝓmisit etiā nō ro
gatus vtz math. viij. In q nostra supbia ꝯfundit q viles ⁊ paupes
visitare dedignamur nobiles aūt ⁊ diuites importune etiā nō ro
gati visitamus. Et sic pz scdm. Tercō ponit reguli credulitas si
ue fides ⁊ iussionis executō. Iam em eius fides sumpserat incre
mentū qz quez pmo nō putabat nisi pñs esset posse sanare mō cre
dit q absens sanauerit. Et ido credēs ibat sicut christus pcepat In
q duo exēpla ab isto regulo hēmus. Primū ē vt fides nostra p
interualla tpm suscipiat incrementū. Quidā aūt solū in corpe cre
scūt sz in vtutibꝫ nūqz crescūt ⁊ semp sunt pueri Esa. lxv. Puer cen
tū annoꝝ morietur. Cōtra qd j. coꝝ. xiiij. Nolite pueri effici sensibꝫ sz
malicia puuli estote. Hoies vo mūdi sūt totū ꝯtrariū qz i malicia
sunt valde expti ⁊ senes sz in sensu spūaliū sunt ita stolidi ⁊ pueri q
nesciūt se sigre nesciūt ꝯfiteri nesciūt orare ⁊ breuiter de spūalibꝫ
nihil sciūt sz qd peius ē qdā nō solum nō pficiūt in fide ⁊ in bonis

opibꝫ ꝫ deficiūt ⁊ in fide quā acceperūt ñ stāt vt heretici · vtinā me
dia ps christianoꝝ in fide ⁊ in gr̄tia q̄s in baptismo acceperūt sta:
rēt · q̄zuis idē sit in fide ⁊ via dei ñ ꝓficē ⁊ deficē Gre · In via dei ñ
ꝓficē deficē est · Amor em̄ dei nūq̄z ē ociosus opat̄ em̄ magna si est ·
Si aūt opari renuit amor nō ē · ⁊ ido ꝯpat̄ igni · q̄ semp ē in motu ·
¶ Scd̄m ē vt credamus christū absentē oīa opari tanq̄z p̄sentem ·
ꝑm em̄ hūanitatē assumptā christus nō ē vbiq̄z · ꝫ ꝑm diuinitatem
christus ē vbiq̄z vt verus deꝰ p potentiā p̄sentiā ⁊ essentiā · vt dicit
aug̃ · Et ido multū dēremus erubescere peccare · ⁊ multū niti bñ a
gere cū deus vbiq̄z sit p̄sens · Boe · in si · li · q̄nti · Magna vob̄ ē si dis:
sil̄are nō vultis necessitas indita ꝓbitatis cū añ oculos agitis iu:
dic̄ cūcta cernētis · Hic cadit exemplū cuiusdā heremite q̄ sil̄auit se
velle peccare in platea cū vna meretrice · qd̄ illa p̄ verecūdia dixit
se nullo mō facturā · ꝫ in camera erat pata facere in q̄ a nullo vide:
bat̄ · Cui heremita · O stulta deus videbit te · ⁊ beata v̄go · ⁊ sancti
angeli · Cur g̊ nō verecūdaris · Qd̄ ista audiēs ꝯuersa est · Et q̄z p fi
dē hō liberat̄ a duplici morte scz nature ⁊ culpe · ꝑm illud iohā · xi ·
Qui credit in me etiā si mor · fu · vi · Ido quarto sequit̄ q̄ postq̄z cre
diderat sermoni iesu dicentis · filius tuus viuit · ⁊ ibat serui occur:
rebāt ei dicētes q̄ filius eius esset viuus · ⁊ facta exaīatōe inuenit
q̄ tūc reuixit qñ christus dixit · Filius tuus viuit · In q̊ hēmus exē:
plū ab istis seruis bona celeriter nūciādi · q̄z nūcij bona nunciātes ī
dui debēt · iiij · Reg̃ · vij · Hec dies boni nuncij ē · si tacuerimus ⁊ no:
luerimus nunciare vsq̄z mane · sceleris arguemur · Malū aūt sile:
re ⁊ occultare debemus · Ecc̄i · xix · Audisti verbū aduersum ꝓximū
tuū ꝯmoriat̄ in te · fidens qm̄ nō te disrūpet · Et alludit dicto quo
d̄r · Ipe creparet nisi diceret · Et sic pz terciū ⁊ quartū ¶ Quinto po
nit̄ fructus ex facto miraculo ꝯsecutus · q̄z credidit ipe ⁊ domus
eius tota · Circa qd̄ moraliter exponēdo · nota q̄ hō domus ē ⁊ tē:
plū dei viui · Tota g̊ domus dei ē hō cū oībꝫ potentijs aīe · Tūc g̊
tota domus dei credit · qñ hō cū om̄ibꝫ potentijs aīe fidem christi
p opa manifestat · ⁊ ꝓtestat̄ · vt p̄mo quando in intellectu est ve
ra fides de deo de creaturis · de inferno ⁊ paradiso · ⁊ de omnibꝫ
credendis · Sz qñ in intellectu nō sunt nisi leges · ⁊ sciētie seculares ·
⁊ modi ⁊ vie lucrandi ⁊ dominādi · tūc hō cū tota domo sua nō cre
dit deo · q̄z nō cū intellectu · Scd̄o qñ in volūtate ē verus amor dei
et ꝓximi · ⁊ ordinatus vt deū diligat sup om̄ia ⁊ ꝓximū sic̄ seip̄m ·
Sz qñ in voluntate ē solū amor carnalis ⁊ mundanus · vt qñ hō af
ficit̄ solū ad bona transitoria · ⁊ illa sup omnia diligit · tūc hō nō cre
dit cū tota domo sua · q̄z nō cū volūtate · Tercō qñ in memoria sūt

dei bñficia·sunt etiã ibi ꝓprij defectus·ꝛ mala q̃ fecit ꝛ vilitas ꝯdi-
cõis hũane·ꝛ memoria mortis· Sꝫ qñ in memoria sunt solũ iniurie
recepte · ꝛ non recordat bñficioꝝ dei nec maloꝝ q̃ fecit ꝛ sui ꝑius
obliuiscit·tũc nõ credit cũ tota domo·qꝛ nõ cũ memoria · Quarto
qñ in corde ꝛ potentia cogitatiua est bona cogitatõ·vt qñ cogitat
vilitatẽ peccati ꝛ nobilitatẽ vtũtũ·vanitatẽ mundi·ꝛ penas ꝛ gau-
dia eterna· Sꝫ qñ in cogitatõe ẽ quidã discursus maloꝝ· vt qñ co-
gitat hõ carnalia opa·mala lucra·strages inimicoꝝ ꝛ talia · tũc nõ
credit cũ tota domo·qꝛ nõ cũ cogitatõe cordis·i· cũ toto corde qđ
deus ꝑncipaliter reqrit· Prou·xxiij· Prebe·f·c· t m· Quinto qñ in
potentia auditiua sunt dei vba ꝛ audit libẽter q̃ spectãt ad dei lau
dẽ·ꝛ moꝝ instructõꝫ· Sꝫ qñ hõ tota die audit vana ꝛ mala ꝛ mun
di rumores tũc nõ credit cũ tota domo sua·qꝛ nõ cũ auribꝫ Sexto
qñ in potentia visiua ẽ quedã clausura· vt hõ nõ videat lasciuias ꝛ
vanitatẽ Psal· Auerte oculos tuos ne videant vanitatẽ· Sꝫ qñ hõ
videt turpia ꝛ inhonesta vt mulieres cõptas·ꝛ choreas q̃ vt basili
scus inficiũt solo viso·tũc nõ credit cũ tota domo sua ·qꝛ nõ cũ vi-
su·i Sc infectus fuit dauid vidẽdo bersabee vxorẽ vrie·ij· Reg·xj·
Septimo qñ in potentia gustatiua ẽ magnũ tpamentũ cibi ꝛ po-
tus·sꝫ qñ hõ tota die vacat ꝯmesatõibꝫ ꝛ ebrietatibꝫ sic aial brutũ·
nec obseruat diẽ ꝛ horas tũc nõ credit cũ tota domo sua qꝛ nõ cuꝫ
gustu· Octauo qñ in potentia tactiua q̃ diffundit p totũ corpus ·
est q̃dam asperitas pnie vt mẽbra mortificent ne caro rebellet aie
et vicia regnẽt sic fecit iohs baptista cuius totũ corpus in asperi-
tate pnie fuit·j· Cor·ix· Castigo cor·m·ꝛ in ser·re· Sꝫ qñ in toto cor
pe ẽ mollicies·ꝛ delectatõ·ꝛ qñ hõ de corpe facit deũ ꝛ seruit ei ad
nutũ·ꝛ caro est dña ꝛ aia ancilla·ꝛ vicia regnant · tũc nõ credit cũ
tota domo imo cũ tota domo se credẽ nõ ostendit qꝛ ita delectat
trãsitorijs bonis ac si nõ essent eterna·ꝛ p ꝯñs oia puertunt· Pro
uer·xxx· Per tria mouet terra·ꝛ quartũ qđ nõ pt sustinere · p ser-
uũ cũ regnauerit·p stultũ cũ saturatus fuerit cibo·p odiosam mu-
lierẽ cũ in matrimonio assumpta fuerit· ꝛ p ancillã cũ fuerit heres
dñe sue· Iste stultus·ꝛ iste seruus ẽ corpus·ꝛ odiosa mulier·ꝛ ancil
la ẽ caro·q̃ si saturat infatuat·si regnat oia puertit·si assumat i ma-
trimoniũ ꝯturbat totaꝫ domũ si fuerit heres bonoꝝ hois ꝯsumit
omnia bona·ꝛ ad inopiam cõuersa ꝯmeditur a verinibꝫ·ꝛ eius do
mina ineternũ mẽdicat· Et sic ptꝫ totum·

De epistola sermo cvij

Confortamini in dño ꝛ in potentia vtutis eius eph· vj·
Inter alia q̃ ad capitaneũ exercitꝰ ptinent tria sunt De

bet em̄ milites ꝯfortare. milites facē seip̄os armare. ⁊ milites bōa arma docē. Hec tria apl's sicut capitaneꝰ militie xp̄iane ī hac epl'a docet oēs milites xp̄i. Prīo g̊ cōfortat eos in potentia saluatoris In p̄ncipio epl'e. Secūdo monet eos vt dei armaturā induāt et huiꝰ cām subiūgit. q̄ ē nequicia luctatoris ibi Accipite ar. dei. ꝛc. qm̄ nō est no. col Tercio ostēdit q̄ sūt arma quibꝫ in bello spiritu: ali debent esse accincti milites creatoris ibi. State er. suc. lū. ves Prīo g̊ apl's ꝯfortat milites christi dicēs. Confortamini ī dn̄o qui est dator omīs roboris et in potēcia virtutis eiꝰ vt scꝫ n̄ creda tis in bello spūali ꝓprijs viribꝫ pugr̄e ⁊ vincē. ꝫ in potentia v̄tutis dei. Preliū em̄ spūale ē ita durꝫ ⁊ forte vt infra patebit. ꝙ nullꝰ in eo ꝓprijs viribꝫ nisi p v̄tutē dei p̄t resistē. Et h̄ patuit in apl'is qui tp̄e passionis christi qn̄ fuerūt dimissi ꝓprijs viribꝫ oēs succubuer̄t Lu. xxij. Simō ecce sathanas expetiuit vos vt cribraret sic̄ triticū. Ego āt rogaui ꝛc. Qn̄ āt pꝰ ea fuer̄t adiuti ⁊ ꝯfortati v̄tute dei oīa vicerūt. Et iō nullo mō ē pugnādū nisi p̄us v̄tus dī hēat̄. Lu. xxiiij. Sedete in ciuitate donec induamini v̄tute ex alto. Hoc fuit figura tū in golia ⁊ dauid. j. Re. xvij. Nā golias magnꝰ gigas aggressus ē dauid in fortitudine corpis sui. Dauid aūt pugr̄uit ꝯtra goliā v̄: tute dei. Et iō puer inermis vicit gigantē magnū armatū. Gigas iste armatus ē dyabolꝰ. Lu. xj. Cū for. ar. cus. a. s. Oīs g̊ puer q̄cū qꝫ pugr̄t in v̄tute dei vincit ip̄m. qꝛ in d̄o oīa p̄t q̄sqꝫ Phil'. iiij. Oīa pos. in eo q̄ m. ꝯfor. Iob. xvij. Pone me iuxta te ⁊ cu. v. ma. pug. cō tra me ¶ Dēt g̊ pugnās in h̄ p̄lio p̄mo ꝯfidere in dn̄o Scd̄o dꝫ re spicere ad p̄miū habendū si bn̄ dimicet. ⁊ ad suppliciū sustinendū si succūbat. qꝛ si hō vincat coronabit̄ ⁊ regnum ꝑpetuū possidebit. ij. Thi. ij. Ne. co. ni. q̄ le. cer. Om̄is aūt q̄ legitime certat vincit Vn̄ de alexandro d̄r ꝙ dū semel dēret ꝯmittē bellū cū q̊dā rege p̄diuite cꝰ milites erāt oēs auro ⁊ argēto ornati ꝯfortās milites suos ait. Si bn̄ pugr̄nerimꝰ hac vice ditissimi erimꝰ. Qd̄ attendētes milites fu erūt oēs animati ⁊ ꝯfortati ⁊ fortit̄ dimicauerūt ⁊ vicerūt. Si autē hō succūbat ligabit̄ in carcere inferni ibidē in ꝑpetuū cruciādꝰ sic̄ christus fec̄ dyabolo cū q̊ pugr̄uit Io. xij. Nūc p̄n. h. mū. e. fo. Vn̄ et de alexādro d̄r ꝙ dū q̄dā vice patus esset ad bellū ⁊ fortissimi mili: tes ex adūso astarēt ꝯfortās milites suos ait Carissimi frēs. h̄ sero oēs cenabimus in inferno nisi valent̄ pugnemus. Propter qd̄ mi lites oēs animati fuerūt ⁊ valent̄ pugnātes vicerūt ¶ Tercō dꝫ eē bn̄ armatus. Et h̄ ē qd̄ sequit̄ in scd̄o mēbro. Et sic pꝫ p̄mū ¶ Scd̄o monet apl's christi milites vt dei armaturā assumāt d. Indu. v. ar. d. q̄ ꝯsistit in v̄tutibꝫ anime q̄ dicunt̄ armatura dei qꝛ a solo deo su is militibꝫ dant̄ Aug. Virtus ē bona q̄litas mētis quā deꝰ summe

nobis infudit .ij. Cor. x. Arma militie nostre nō sunt carnalia ꝫ
spūalia potentia deo ad destructōz inimicoz. Et sic pz pcōsitas et
bonitas istoz armoz cū a solo deo dant. Oīa alia bona deus 2mi
sit danda vt soli lucere igni calefacé. 7 sic de alijs. Sola vero ista ar
ma scz vtutes 7 dona tanqz optima reſuauit danda ad manū suā.
Ja.j. Oīne da.op.7 o.do.pf.desur.ē. Sunt etiā arma lucida 7 bene
tersa. Ro.xiij. Abi.op.te.7 indu.ar.lu Et distinguit int milites xpi
et satellites dyaboli. qz isti sunt induti arma tenebraz 7 mortis.
Sunt etiā arma nobilia qz solis filijs regis eterni dant 7 a ipō so
lorege vt dictū ē. Si g̃ honoz ē accipe ensem a rege mūdi q̃ntoma
gis a rege celi. Sunt etiā arma vtuosa valde qz defendunt hoiem
ab omni morte 7 mortali vulnere. Boe. Talia tibi 2tuleramus ar
ma q̃ nisi poz abiecisses inucta firmitate tuerent te. Cōferūt etiā
vtutē maximā ipsi hoi ad pugnandū. vt in vtute ipoz oia vincat.
7 ad reguū celoz puenīat. Sunt g̃ arma lucida pcōsa nobilia 7 vi
tuosa. Cōsequēter oīdit cām 7 rōnē q̃re ꝫ arma sunt induenda di
Vt possitis stare scz securi aduersus insidias dyaboli i aduersus di
aboli machinatōes occultas. occulte em̄ nob insidiant. Iac.iij. Resi
stite dyabolo 7 fugiet a vobis. Et qz posset q̃s dubitare an aduer
sus diabolū instaret nobis bellū dei. dicit qz sic. Et ido ꝫ reddit cau
sam cause scz hoq̃re dēmus stare adūsus insidias dyaboli. Et causa
hoē necessitas assistendi. Qm̄ nō ē no.col.i.plū spūale adūsus car
nē 7 sanḡnē supp.tm̄ Nō em̄ p ꝫ excludere intendit bellū carnis
ꝫ ei bellū dyaboli associare. Caro aūt 7 sanguis nō sonat ꝫ in natu
rā.ꝫ magis in corruptelā nature 2tractā ex pmis pntiby 7 ex pra
ua 2suetudine. Vñp 2cupiscentia carnis accipit.j. Cor.xv. Caro
et sanguis regnū dei nō possidebūt. Ecci.xvij. Quid neq̃ q̃z qđ ex
cogitauit caro 7 sanguis. Sz ē luctandū adūsus pncipes demones
q̃ sibi subiectas 2tinent multitudines. nec tm̄ demonū 2tinet mlt
titudines. ꝫ etiā hoim malor. p quos pugnāt. Propter qđ lucifer
dr pnceps hq̃ mūdi. Io.xiij. Venit em̄ pnceps hq̃ mūdi. Et potesta
tes ꝓpter fortitudinē q̃m hz vnusquisqz ex natura. Iob.xli. Nō est
potestas sup terrā q̃ ei valeat 2pari. q factus ē vt nullū timeret. Et
ido nō solū adūsus carnē 7 sanḡnem. 7 adūsus demones ē nob bel
landū. ꝫ etiā adūsus mūdi rectores. i. hoies mūdanis delectatōi
by corruptos 7 mūdi amatores. Aug. Quotiēs mūdi nomē in ma
la significatōe sumit ñ oīdit nisi mūdi amatores. j. Io.v. Totus mū
dus in malo ē. Rectores dico tenebraz hanc. i. hominū excecato
rū tenebris ignorātie 7 culpe. Eph.v. Eratis alīq̃ te. Tales aūt dēo
nes cū q̃b bellare hēmus sunt spūales. i insensibiles. 7 sunt neq̃ssimi
Et ꝫ ē qđ dic̄ 2tra spūalia neq̃cie. i. 2t dēones q̃ sunt spūs neq̃m q

habitāt ī celestib⁹ i. in isto aere caliginoso ꝓpe nos. q̄ relicti sūt ibi vt nos in pug̃ exercitent. vl̄ in celestib⁹ i. ꝓcelestib⁹ q̄ nitunt̄ auferre. n̄ em̄ ꝑ modica re nobiscū pugnāt. ꝫ ꝑ ipa hereditate paterna ⁊ etna. Vltimo cōcludit dicēs. qꝛ g̊ cōtra tales ⁊ tantos hostes hētis pug̃re. ꝓpterea accipite armaturam dei vt possitis resistere in die malo. i. in tota vita p̄senti. Quia vt dic̄ aug̃. Exq̊ adā lapsus ē ⁊ de paradiso expulsus. oēs dies fuerūt mali. ⁊ h̄ ꝑ miseria naturali. ⁊ ꝑ malicia hoīm. vt dictū ē supra in p̄cedēti epl̄a. Et nō solū ꝑ hāc armaturā dei hō p̄t resistere hominib⁹. ꝫ etiā p̄t esse ꝑfectus in seip̄o et ꝓficere de bono in melius. Et h̄ ē. ⁊ in omnib⁹ ꝑfecti stare. tā in ꝓsperis q̄ꝫ in adūsis. Mat. v. Estote p. sic̄ pa. ve ce. pf. ē. ij. Cor. vj. Per arma iusticie a dex. ⁊ a si. Sola em̄ p̄dicta arma faciunt hominē ꝑfectū ⁊ bonū. ⁊ iō sup oīa sunt q̄rēda ⁊ habita retinēda Apoc. iij. Tene qd̄ hēs. ¶ Et attēde ꝙ vt ex supradictis pꝫ h̄ bellū spūale qd̄ nob̄ instat ē valde durꝫ ⁊ forte ꝓpter. viij. ¶ Primo qꝛ ꝑ insidias pugnat̄ in eo Propterea dic̄ adūsus insidias dyaboli. ¶ Scd̄o qꝛ ibi ē ꝓditō. nā caro q̄ deberet esse ꝑ homine sic̄ ꝑs eius ꝓdit eū et sic intus in homine ē ꝓditō. Propter qd̄ dic̄ adūsus carnez ⁊ sanguinē ¶ Tercō qꝛ ē bellū valde ordinatū. nā in h̄ bello sunt p̄ncipes ordinātes demones ad bellū diuidentes eos ꝑ singulas potentias anime Nā quidā ponunt̄ ad cor vt mala cogitet. quidā ad voluntatē vt mala velit. quidā ad memoriā vt malorꝫ recordet̄ ꝛc̄ Luc̄. xij. Tūc va. ⁊ as. sep. al. s. ne. se. ⁊ ingres. habi. ibi Ponūt etiā nequiores ad magis ꝑfectos vt ex ꝑte debiliori pugnant ꝓpter qd̄ dicit p̄ncipes ¶ Quarto qꝛ pug̃tores sunt potentissimi ⁊ robusti vt dictū ē ꝓpter qd̄ dicit ptātes ¶ Quinto qꝛ nō solū cōtra demones ⁊ carnē pug̃re dēmus ꝫ etiā cōtra malos homines mūdi q̄ bonos ꝑsequūtur Ioh. xv. Si me ꝑse. sunt ⁊ vos ꝑse. Qui sunt obtenebrati in mēte ⁊ lucē v̄itatis nō agnoscunt ꝫ tamē sic obtenebrati regunt mundū ⁊ ad ip̄orꝫ impium disponit̄ ⁊ ideo ⁊ rectores ⁊ recti in p̄cipitium vadunt Math. xv. Si cecus ceco ducatū p̄stet ambo in foueā cadūt Propter quod dicit contra mundi rectores te. ha. ¶ Sexto qꝛ hostes nostri sunt inuisibiles ⁊ ab ipsis ledi possumus ꝫ ip̄os ledere neq̄mus qꝛ spūs sunt ꝫ solū possumus nos defendere sub armata dei qꝛ talē armaturā hn̄tes tāgere neq̄unt Qd̄ figuratū ē eze. ix. Vbi viro dn̄ti ꝑcutē hoīes ciuitatis dictū ē ne sig̃tos thau tāgerꝫ. ¶ Septīo qꝛ hostes nr̄i sunt neq̄ssimi ⁊ in aīa ⁊ corꝑe volūt nos ꝑdere ⁊ nulli ꝑcūt et nulli⁹ miserēt̄ et nullo tꝑe dormiūt vl̄ q̄escūt Iob Qui me ꝯmedūt nō dormiūt Gre. Nihil se fecisse estimat cū aīas nō sauciat Propt̄ ista duo dic̄ cōt̄ spūalia nequicie ¶ Octauo qꝛ h̄ bellū n̄ agit̄ ꝑ modica re sed ꝑ regno eterno. quod demones

pdiderūt Et iō totis viribꝫ nitunt ne ipm possideam⁹ Propter qd
dic in celestibꝫ .i. p celestibꝫ Et sic pz scdm ¶ Tercō ondit q sunt ista
arma. qbꝫ milites christi dnt esse accincti. ⁊ fac tria. Primo dic p
ditorē plij esse religand. Scdo ponit arma ad defendēd Tercō po
nit arma ad offendend. Dic g State. Postqz em bellū ē ita durꝫ n
ē sedendū sz virilit stādū ad pugnā. Et qr vt dictū ē. pug h ē in car
ne ⁊ p carnē ⁊ iō lūbi carnis in qbꝫ ꝯcupiscentia viget. iuxta illud
iob. xl. Fortitudo eius in lūbis eius. sunt succingendi p carnis ma
ceratōz ne defluāt ad carnalia. sicut cingulū ꝯseruat vestē ne deflu
at in lutū. Prou. xxxj. Accinxit for. lū. su. i. ꝯtinentia forti. Luce. xij.
Sint lū. ve. pcin. Nō em ꝯtra carnē aliter pugre dēmus qz p ꝯti
nentiā ⁊ maceratōz ipius Aug. Carnē vestrā domate ab escis ⁊ po
tibꝫ. Primo em dz pditor castri religari anqz pcedat ad bellū. ⁊ iō
pmo omniū in bello spūali caro ē religāda p disciplinā cum sit pdi
tor. Ecci. xxxiij. Seruo maliuolo tortura ⁊ ꝯpedes Caro aūt ē ser
uus maliuolus ⁊ neqz. qr pdit animā dnam suā Et dicit in veritate
vt scz sit vera ꝯtinentia nō silata. glo. vt vere ppter christū ꝯtinen
tiā suetis. Mat. xix. Sūt eunuchi q facti sunt ab hominibꝫ vt sunt
ypocrite q ppter homines ꝯtinent. ⁊ sunt eunuchi q seipos castra
uerūt ppter regnū celoꝝ ¶ Cōsequent scdo secluso inimico ⁊ p di
sciplinā debilitato. anime armaturaz ponit d. Induti loricā iusticie
intrāsitiua ē cōstructō. i. induti iusticia q ē lorica anime. Cōpat āt
iusticia lorice ppter duo ¶ Primo qr sicut lorica ex mltis murenu
lis vl malgis vl rotulis cōtexit. ita iusticia mltas ututes cōplectit
q sunt in simul catenate Sap. v. Induet p thorace iusticiā. ¶ Scdo
qr sicut lorica inter hostes nūqz ē deponenda sic nec iusticia Psal.
Beati q cus. iudiciū ⁊ faciūt ius. in omni tpe. Aliā armaturā ponit
d. Et calciati pedes. i. affectōes ⁊ desideria hntes munitas ututibꝫ
et sanctoꝝ exēplis. q sm aug. sunt pedes anime. ne a spinis vicioꝝ
et luto mundanoꝝ pungant ⁊ maculent Can. vij. Quā pulcri sunt
gressus tui in calciamentis filia pncipis Et h in ppatōe euangelij
pacis supp. ad implenda id ē vt sitis pati ad pdicandū euangelium
qd nūciat pacē inter deū ⁊ homines factā. vel ad cōplenda pcepta
euāgelij Hmōi calciamta dnt habē pdicatores ne trenis suis desid
rijs terrena tāgāt l ppt trena pdicēt Hac sigficatōe mar. di. apl'os
sandalijs vel soleis calciari vtz eiusd vj Dem⁹ g pati esse ad pdicā
dū euāgeliū pacis Aliā armaturā ponit di. In oibꝫ scz plijs spūali
bꝫ sumtes scutū fidei. intnsitiua ꝯstructō ē. i. fidē q est scutū qr sicut
scutū est vnū ⁊ hz tres angulos sic fides est de vna essentia diuina
in q sunt tres psone. j. Io. v. Tres sunt q test. dāt in ce. pa. u. ⁊ ss. ⁊ hi
tres vnū sunt. Item sic suba scuti ē coopta corio aīalis mortui. ita

fides ē de suba diuina vestita carne mortalitatis nostre. Io. j. Verca. f. est. Itē sic scutū suspendit ad guttur ⁊ stat supra cor. ita fides debet esse in corde ⁊ ꝓferri p os. Ro. x. Corde cre. ad ius. ore autē ꝯfes. fit ad sa. In quo scuto fidi dic̄ q̄ possumus oīa tela ignea neq̄ssimi hostis nostri extinguere. Ipa em̄ fides debet p̄mo omniū temptatōib⁹ et telis dyaboli opponi. ne pueniāt ad loricā iusticie. Prudentius. Prima petit campū dubia sub sorte duelli pugtura fides. Ignea aūt dicit tela dyaboli. q̄ suggestione dyaboli ignea. carnales ꝯcupiscentie igniunt vt plus possint nocē sic tela materialia d̄ igne Ecci. ix. Quasi ignis ꝯcupiscentia exardescit Neq̄ssima aūt dic̄ q̄ eius neq̄cia omnib⁹ supfert. Sicut em̄ scutū defendit hominē et omnia arma eius. q̄ doctus miles omnes ictus recipit in scutum ita fides defendit hominē ⁊ om̄es v̄tutes. q̄ oēs ictus dyaboli in scuto fidei recipiēdi sunt. Oēs em̄ tēptatōes p verā fidē repellim⁹ Quia si habemus verā fidē de gaudijs padisi et penis inferni. nec ꝓspera mūdi desideramus. nec formidamus adūsa de quib⁹ om̄is tēptatō infert habenti verā fidē. nisi sit tēptatō de ipsa fide. q̄ pfidē nostrā repellit sicut lumē expellit tenebras. Aliā armaturā ponit dicēs. Et galeā. i. spem salutis eterne assumite ad caput mentis ꝓtegendū Dicit autē spes galea salutis. Quia d̄r ad ro. viij. Spe salui facti sumus Esa. lix. Galea salutis in capite eius. Si aūt querat q̄re nō fec̄ mētionē de caritate cū sit melior et v̄tuosior armatura spūs q̄ꝫ om̄es alie. Dicēdū ē q̄ ipe fecit mentōnē de fide formata. q̄ p dilectōꝫ opat. in q̄ om̄ia tela dyaboli extinguunt. et p quā oēs tēptatōes. siue a carne. siue a mūdo. siue a dyabolo supamus. Non em̄ p fidē mortuā et informē vnicinius tēptatōes. Et ideo in ipa fide intellexit caritatē omnia tela dyaboli extinguentē. et oēs tēptatōes vincentē. q̄ fides in v̄tute caritatis opat. cū sit forma fidei et om̄is opatō sit a forma. ¶ Cōsequenter tercō postq̄ꝫ posuit arma ad defensionē. ponit arma ad impugnādū d. Et assumite gladiū spūs qd̄ est v̄bū dei Nō em̄ debem⁹ solū nos defendere a dyabolo. ꝫ debem⁹ ipm impugre. Instrumentū aūt ad dyabolū impugnādū est solum v̄bū dei qd̄ debem⁹ hr̄e in ore et in manib⁹. in ore p̄dicādo et in manib⁹ adiplēdo. Apoc. j. De ore ei⁹ gladi⁹ ex vt̄q̄ꝫ pte acut⁹ exibat. Gladius ex vt̄q̄ꝫ pte acut⁹ egredit de ore p̄dicatoris. qn̄ id qd̄ p̄dicat. ope implet. et tūc ex vt̄q̄ꝫ pte dyabolū impugnat. Debem⁹ ꝯ dyabolū impugre facto et verbo. Quidam vero impugnāt ipꝫ solo verbo. verbum aūt talium est mortuum. et ideo non est gladius spūs. quia gladius spūs est verbum dei uiuum Hebre. quarto. Viuus est ꝑmo dei ⁊ efficax ⁊ penetrabilior omni gladio ancipiti

et ptingens vsqz ad diuisionē anime ⁊ spūs ꝯpagum q̄z ⁊ medul-
larꝝ. Hūc gladiū christus venit mittere in terrā. Math. x. Nō veni
pa. mit. sz gla. Veni em̄ separe hominē aduersus patrē suū. ⁊ filiam
aduersus matrē suā ꝛc. Sic em̄ gladius separat ⁊ diuidit. sic verbum
dei separat ⁊ diuidit hominē a carnalibꝫ ⁊ terrenis. Et q̄ solus gladi-
us v̄bi dei sit armatura ad dyabolū impugnandū sic pz. Dyabolꝰ
D em̄ pugnat ꝯtra peccatorē ¶ Primo ip̄m oculis mentis excecan
do. Sz v̄bū dei fugat tenebras mentis ⁊ illuminat eā. q̄ lucerna ē.
Psal. Lu. pe. me. v̄. t. Scdo ip̄m vinculis peccatoꝝ ligando ⁊ in ser
uitutē peccati redigendo. Ioh. viij. Qui facit pec. ser. ē pec. Sz v̄buz
dei liberat hominē ab omni vinculo ⁊ ab omni seruitute Ioh. viij.
Si mā seritis in sermone meo ꝯgnoscetis v̄itatē ⁊ veritas liberabit
vos. Tercō ip̄m mūdi ꝓspera ⁊ vana gaudia sup omia q̄rere faci
endo. Io. xij. Dilexerūt gloriā ho. ma. q̄z glo. dei Sz verbū dei om
nia ꝓspera mūdi facit ꝯtēnere Et apostoli ad v̄bum christi omnia
reliquerūt. Math. xix. Ecce nos reliq̄mus om̄ia. Ad phil. iij. Oia
arbi. sum vt ster. vt christū lu. Quarto ip̄m p mūdi aduersa fran
gēdo Sz uerbū dei facit hominē fortē. et nihil aduersi formidantē
Vn̄ apostoli postq̄z pfecte audierūt v̄bum christi dicebāt. j. corin.
iiij. Maledicimur et bn̄dicimus. psecutōz patimur et sustinemus.
blasfemamur et obsecramꝰ. Quinto p voluptates corpis ip̄m dis
soluēdo. Sap̄ ij. Nō sit pratū qd̄ nō ptranseat lux. nos. Sz verbum
dei ꝯstringit ad lamentū penitentie d. math. iij. Penitentiā agite
a ꝓpin. n. reg. ce. Sexto ip̄m in infirmitatibꝫ peccatoꝝ detinendo et
eius appetitū ꝯturbādo ita q̄ dulcia uident ei amara. et amara dul
cia Aug. Palato nō sano pena ē panis q̄ sano est suauis. Sz uerbū
dei sanat hominē. Psal. Misit ver. suū et sa. e. Et reddit ei appetituz
rectū ut ei dulcia sapiāt et amara desipiāt Et ido sic sanatus dauid
dicebat Quā dulcia faucibꝫ meis eloq̄a tua sup mel ori meo. Septi
mo ip̄m ad mortē eternā ducēdo Sz v̄bū dei ab omni morte libat
Io. viij. Si q̄s sermonē meū seruauit mortē n̄ gustabit in eternū Et bre
uiter in omni tēptatōe p quā dyabolus pcutit hominē uerbū dei
obstat et repcutit eū Vn̄ uerbū dei dr̄ inimicus et aduersariꝰ pec
catoris q̄ in omnibꝫ ꝯtradicit ei q̄ peccator instigatus a dyabolo
cupit facere Math. v. Esto ꝯsentiens adv̄sario tuo cito dū es in uia
cū eo Qd̄ exponens beatus aug. dic̄ q̄ iste adv̄sarius cui cōsentire
debemꝰ est sermo dei q̄ in omnibꝫ q̄ male cupimus aduersat̄ nob̄ et
ꝓhibet Vis em̄ rape alienū sermo dei dic̄. nō furtum facias Vis cō
cumbere cum vxore aliena sermo dei dicit non mechaberis Et sic de
omnibꝫ alijs Sic g̊ ptz q̄ in pugna spūs p̄mo debemus ꝓditorem

scz carnē p ꝯtinentiā ⁊ abstinentiam restringere ⁊ religare q̄ q̄dē religatō q̄dā dei armatura ē Scdo dēmus aīam v̄tutib⁹ armare. s. lorica iusticie. scuto fidei. mūdicia desideriorꝝ. vt pure p̄dicem⁹ ⁊ impleamus euangeliū pacis. p quā mundiciā sunt pedes aīe muniti et p̄pati. ⁊ galea eterne salutis. Tercō dēmus accipe verbū dei tanq̄z gladiū ad dyabolū impugnandū. Et sic pz terciū ⁊ ꝯn̄r totū

Dominica xxij. de euangelio sermo cviij.

Simile ē regnū ce. hoī regi q̄ voluit ra. po. cū seruis suis Math. xviij. Supra h̄ euāgeliū dn̄s immediate dixerat beato petro q̄ ex pte dei fratri peccanti ⁊ veniā petenti nō solū deberet dimittere vsq̄z septies s̄z vsq̄z septuagies septies. i. q̄liacunq̄z ⁊ quātūcunq̄z peccata ꝯmitteret. In q̄ ostendit maxima largitas ⁊ clementia dei. Et q̄r deus ē ita clemēs ⁊ misericors circa nos. vult q̄ nos admiucē misericordes simus. alias ipse a nob̄ suā mīam reuocabit. Et h̄ est qd̄ in h̄ euāgelio sub q̄dā sil̄itudine demōstrat̄. In q̄ euāgelio tria p̄ncipaliter ꝯtinent̄. Primo em̄ sub quadā sil̄itudine inducit̄ exemplū diuine pietatis in debitorꝝ ⁊ debiti dimissione. In p̄ncipio euangelij. Scdo ponit̄ reatus hūane malignitatis in ꝯserui suffocatōe ibi. Egressus aūt seruus ille inuenit vnū de ꝯser. su. ꝛc. Tercō ꝯcludit̄ intentū ꝓposite sil̄itudinis in gestorꝝ adaptatōe. ibi. Sic ⁊ patrimeus ce. fa. vo. In p̄ma g̊ pte inducimur sub quadā sil̄itudine ī exēplū ibi. Qui voluit ra. po. cū seruis suis. In q̄ quidē pte q̄ttuor facit. Primo sub quadā similitudine ostendit diuinā potentiā. ibi. Sil̄e est regnū celorꝝ hoī regi. Scdo diuinā sapientiā. ibi. Qui voluit rōnē po. cū seruis suis. Tercō diuinā iusticiā. ibi. Et cū cepisset rōnē ponere ob. ē ei. vn⁹ ꝛc. Quarto diuinā clementiā. ibi. Procidēs aūt seruus ille ro. e. ꝛc. In his em̄ q̄ttuor ostendit̄ regia dig̃tas atz honestas q̄ in h̄ ꝯsistit scz in potentia ad coercendū sapientia ad gub̄nandū iusticia ad puniēdū clementia ad miserandū Dēt em̄ rex p potētiā aduersarios coercere. p sapīam sibi subditos gub̄nare. p iusticiā delinq̄ntes punire ⁊ vnicuiq̄z qd̄ suū ē reddere. ⁊ p clementiā paupm p̄sonarꝝ ⁊ miserabiliū misereri Dic̄ g̊ Sil̄e est reg. ce. i. ecclesia militans hoī regi id ē filio dei q̄ factus est hō ⁊ ē rex omnis creature. id ē. sil̄e ē negociū ecc̄ie ad christū regē ⁊ christi regis ad ecc̄iam huic negocio qd̄ fuit vel esse potuit inter quendā regē ⁊ eius seruos Dicit̄ autē ecc̄ia militās regnū celorꝝ ꝓpter q̄ttuor. vtz supra in euāgelio dn̄ice xx. Lr̄a plana ē s̄m lr̄alē intelligētiā ⁊ iō s̄m sensuz misticū exponat̄ Nā pn̄s euangeliū ꝯtinet quādā sil̄itudinē que negocō dei ⁊ ecc̄ie

adaptari debet Rex g̊ deus ꝯtinue cum ſuis ſuis ponit rationem
et in vita et in morte In vita ponit rationem p ꝯſcie illūinationez
qn̄ ſcz hō cogitat multa bona q̄ a deo recepit· ⁊ multa mala q̄ ꝯmi-
ſit· ⁊ tps qd̄ amiſit ⁊ multa bona q̄ omiſit· Ponit etiā talē rōnez p
ſcripturas· ⁊ p̄dicatores· ⁊ ꝯfeſſores· qn̄ p̄dicator vel ꝯfeſſor oſte-
dit homini ſupradicta· ⁊ p ſcripturas ꝓbat· Eſa· xxxviij· Recogita
bo t·o·an·m·in am·a·me· Remig̃· Chriſtus exaīator meritoꝝ iaz p
ſcripturas cū ſuis ſuis rōnez ponit· In morte aūt talē ratōz p cun
ctoꝝ añ oculos reductōz Dañ· vij· Iudiciū ſe· ⁊ li·ap· ſunt·i· ꝯſcien
tie ſinguloꝝ· Sunt em̄ demones tūc ꝯſtāter accuſantes eū· ⁊ om̄ia
facta dicta· cogitata· et omiſſa replicant ſup eū· Et h̄ eſt qd̄ h̄ d̄r· Et
cū cepiſſet rōnez ponere·i· facta ſinguloꝝ examinare· oblat⁹ eſt ei
vnus q̄ dēbat decē milia talenta· Talentū ſm yſidoꝝ ē qd̄dā pōd⁹
apud pyſanos· Eſt aūt triplex talentū· ſcz minus qd̄ ē q̄nquaginta
libraꝝ· mediū qd̄ ē ſeptuaginta libraꝝ· ⁊ maximū qd̄ ē centūvigin
ti libraꝝ· Per iſtū vnū q̄ tale debitū dēbat ⁊ tm̄ tenebat̄· intelligit̄
q̄libet peccator in pc̄to mortali exn̄s· ſic̄ p iſtū q̄ nō habebat veſtez
nuptialē· intelligit̄ q̄libet nō hn̄s caritatez· q̄ eſt obligat⁹ deo in de
cez milib⁹ talentis ꝓ decez maximis bn̄ficijs q̄ de⁹ fec̄ hoī· q̄ ſunt· Bn̄
ficiū creatōis· bn̄ficiū eruditōis· bn̄ficiū miniſtratōis et gub̄natōis
bn̄ficiū nat̄e noſtre aſſumptōis· bn̄ficiū redemptōis· bn̄ficiū lotōis
et veſtitōis· bn̄ficiū ſanationis· bn̄ficiū adoptionis· bn̄ficiū gl̄ie p̄pa
tionis· ⁊ beneficiū corpm reſurrectionis· Si vis d̄ his bn̄ficijs p̄di
care q̄ras ea ſupra do· xviij· ſmone·c·ſub R· Et id̄o iſta talenta de
bent intelligi de auro cū non determinet̄ de q̊ fuerint· qꝛ ꝓ talib⁹ ⁊
tātis bn̄ficijs hō tenet̄ deo in melioribꝫ ⁊ p̄cōſioribꝫ q̄ hz ⁊ habē poſ
ſit et in pſona et reb⁹ Bern· O ſi ꝯgnouiſſes aīa mea q̄z mlta et q̄z
multis debeas· videb̄ qd̄ nihil ē qd̄ facis· Primo em̄ debes chriſto
totā vitā tuā· qꝛ ip̄e ꝓ tua poſuit ſuā· Scd̄o exigūt p̄terita peccata
mea· totā vitā meā· vt faciā dignos fructus penitentie· et recogitez
ti·o·an·m·in am·a·m· Quid ſi terciū debitorem oſtendā q̄ eā vendi
cat ſibi totā· puto q̄ deſideres gl̄iam quā ocul⁹ nō vidit nec auris
audiuit nec in cor homīs aſcendit Nōne ad hāc emendā totū te
et q̄cūqꝫ poteris dare optebit et cū oīa ꝯpleueris n̄ ſunt ꝯdig̃· paſ·
h⁹t· ad fu·g·ꝛc̄ Quarto debitori debes qd̄ es a q̊ totū habes q̄ te fe
cit et refec̄ et cūcta miniſtrat cui hoꝝ qd̄ des reddere ꝓponis Eſt
etiā homo obligat⁹ deo in decez milib⁹ talentis p trāſgreſſionez de
cem p̄ceptoꝝ qꝛ q̄ reg̃ p̄ceptū trāſgredit̄ regi tenet̄ ad penā ſoluen
dam Et rex p̄t exigere et reus tenetur ſoluere ſi ſit ei iuſte inflicta
Vel decē milia talenta debebat q̄ de innūabilib⁹ peccatis erat rōnē

redditur⁹ vt di· remi· Innúabilia em̄ peccata ⁊ q̄i infinita ꝯmittit
hō in peccato manendo· Si aūt querat̄ q̄re in trāsgressione p̄cepti
tā mag̃ pena debet̄· q̄ decē milia talenta ē aur̄ innúabile· Dicendū
q̄ in maleficō mag̃ pensat̄ p̄sona q̄ offendit̄ q̄z ip̄m maleficiū· et q̄
in trāsgressione p̄cepti offendit̄ deus· q̄ ē bonū infinitū· iō sic punit̄
Agg̃uat̄ et̄ pena ex p̄te p̄sone offendētis · ꝓpt̄ multas circūstātias
q̄ offendit suū creatorē· suū eruditorē· suū redēptorē· Et centū mi:
lia sunt circūstantie ꝓpter q̄s agg̃uat̄ pena offendētis deū· ⁊ trans
grediētis eius mādatū· ⁊ ido pena insolubilis ei debet̄· Et h̄ est qd̄
sequit̄· Cū aūt nō haberet vn̄ redderet· Glo· i· ꝓprijs viribꝫ penam
exoluere· Est em̄ peccator spūs vadens ⁊ nō rediēs· p̄s· q̄ p̄t inci:
dere in penā· ꝫ nō pōt ꝓprijs viribꝫ exoluere penā· Si aūt aln̄ g̃tie
dei restitutus exoluat penā h̄ facit in v̄tute passionis christi· cuius
pena fuit ⁊ ē sufficiens ad omnē penā exoluendā· Ioh· xv· Sine me
ni· po· fa· Peccator em̄ ꝓ pena exoluēda in omnibꝫ ⁊ cū omnibꝫ su
is obligat̄ deo· Et h̄ est qd̄ sequit̄· Quia iussit eū venūdari ⁊ vxorē
et filios ⁊ omnia q̄ hēbat et reddi· Punit̄ g̃ in se et in p̄sona sibi cō
iuncta scz in vxore et in p̄sona a se genita scz filijs· et in sub̄a exte:
riori Vel punit̄ quo ad se et suos scz vxorē et filios· et q̄ ad sua Vx
or em̄ spēalia obseq̄a dz viro suo· et sil̄r filij patri· Priuat̄ em̄ ꝓpte:
rea omni obseq̄o qd̄ ei vn̄cunqz et q̄uocūqz debet̄· et ido vxor et fi:
lij iubent̄ vendi· i· omne ꝯmodū et omne obsequiū sibi auferri vn̄:
cunqz ei debeat̄· Vel punit̄ ip̄e quātū ad animā et h̄ in se· et q̄ntum
ad corpus· et h̄ in vxore q̄ ē vnū corpus cū viro· et q̄ntū ad potēti:
as anime· et h̄ in filijs q̄ originant̄ ab anima sicut filij a patre· ex cō:
iunctōe em̄ anime ad corpus potentie originant̄ ab anima· Et q̄n
tū ad bona exteriora Et sic cū om̄ibꝫ et in om̄ibꝫ suis peccator pu
nit̄ et obligat̄ ad penā Et merito in his peccator punit̄· Punit̄ em̄
in aīa· q̄ animā spōsam dei fec̄ cū diabolo adulterari Tiam filiā re
gis eterni fec̄ seruā diaboli Tiam dei imagine insignitā macul̄ pec
catoꝝ fedauit· Tiam v̄itatis luce coruscantē erroꝝ tenebris exceca
uit· Punit̄ in corpe q̄ corpus deū suū ꝯstituit· iuxta illud phil̄· iij·
Quoꝝ de⁹ venter ē· Corpus qd̄ debuit famulari fec̄ dn̄m aīe· Cor:
p⁹ qd̄ n̄ manet in domo inetnū ꝫ ꝓijcit̄ ad foueas a v̄mibꝫ ꝯmedēd̄
fec̄ heredē oīm bonoꝝ· hered̄ legitimo reꝓbato· s· aīa· Eccs· vj· Oīs
labor hois in ore ei⁹ Iob· xxiiij· Pauit em̄ sterilez scz carnem q̄ nō
p̄turit ⁊ vidue scz aīe nō bn̄fecit· Punit̄ in oībꝫ potētijs aīe· q̄ cū oī
bꝫ iniq̄ peccauit· vt cū volūtate falsa bōa desiderādo· ⁊ cū itellectu
errores et fl̄itates addiscēdo· et cū mēoria maloꝝ et iuriaꝝ recor:
dādo· et cū corde fl̄a ⁊ lasciua cogitādo· ⁊ cū ocul̄ inhōesta vidēdo

et cū auribꝫ mala v̄ba audiendo. ⁊ cū manibꝫ praua opando. Et bre
uiter cū om̄ibꝫ potentijs anime ⁊ cū om̄ibꝫ mēbris corpis incessan
ter peccauit. ⁊ ido in omnibꝫ ⁊ cū omnibꝫ dꝫ puniri. Punit̄ etiā in
vxore. qꝛ ip̄a sicut equus abusus ē. nō seruato ordine rōnis ⁊ peius
q̄ꝫ equus nō ſuato ordine nature. Et ip̄am a vanitatibꝫ nō refrena
uit. imo vt ip̄am in vanitatibꝫ cōseruaret multa lucra iniusta fecit
Ip̄am iniuste ⁊ sine causa pluries molestauit ⁊ amarā vitā ei fecit
qd̄ ꝓhibet apl̄s ad col̄. iij. dicēs. Viri dil. vx. ves. ⁊ nolite amari es
se ad illas. Notandū ꝙ q̄nqꝫ modis cognoscit vir vxorē suā. aut
causa ꝓlis ꝓcreande. ⁊ tūc nullū ē peccatū. xiij. q. ne tui. Aut causa
reddēdi debitū. ⁊ tūc n̄ solū nō peccat ſꝫ ⁊ merct̄. xxxiij. q. v. si dicat.
Aut causa incōtinentie vitāde. s. causa p̄uenīēte a voluptate. ⁊ tunc
ē veniale peccatū ſm quosdā. ego aūt nullū credo esse peccatū ꝓp
ter autoritatē apl̄i. j. ad coꝝ. vij. Vnusquisqꝫ hēat suā vxorem ꝓp
ter fornicatōꝫ scꝫ vitandā. ⁊ vnaqueqꝫ suū hēat viꝝ. Aut causa explē
de libidinis vt cū vtit̄ calidis cibis aut incētiuis vt potentior sit in
actu. vel cū conat̄ facē licet nō multū appetat. ⁊ tūc credo ip̄m mor
taliter peccare. xxxij. q. iiij. origo Aut cognoscit vxorē suam cōtra
naturā. ⁊ tūc mortalissime peccat. xxxij. q. vij. adulterij malū Puni
tur etiā in filijs. qꝛ ip̄os nō ad dei cultū ſꝫ ad mund̄ ⁊ ad infernum
nutriuit. ip̄is mala ablata reliq̄t. ⁊ ip̄os plusquā deū ⁊ animā suam
dilexit Punit̄ etiā in bonis tp̄alibꝫ qꝛ ip̄a iniuste acq̄siuit. male ex
pendit ⁊ imprudēter reliq̄t Quia g̊ sic peccator dꝫ om̄ibꝫ bonis ex
poliari ⁊ sic in omnibꝫ puniri nihil restat ei nisi vt ꝓcidat in terrā
di. Patientiā habe in me id ē cōcede mihi spacium penitendi ⁊ gr̄e
tue me restitue ⁊ om̄ia reddā tibi scꝫ animā ⁊ corpus ⁊ potētias a
nime vxorē ⁊ filios ⁊ bona tp̄alia qꝛ om̄ia h̄ tuo deinceps obseq̄o
mācipabo Et si sic peccator dicat et sic facere ꝓponat statim deꝰ ad
eum mag̃ clemētia inclinat̄ et plus vult illi misereri et facere q̄ꝫ pe
tat̄. qꝛ ip̄e petit dilatōꝫ et deꝰ dat plenā remissionē. qꝛ eū dimittit li
beꝝ. q̄ erat in catenis dyaboli. et ꝑcit ei totū debituꝫ pc̄toꝝ Aug̃. E
rubescat humana miseria. plꝰ vult illi deꝰ misereri. q̄ꝫ nos a miseria
liberari. Chriſ. loquēs de dn̄o iubente seruū vēdi. Terrere vult vt
ꝓmptiꝰ in supplicatōꝫ ducat Ex mag̃ em̄ liberalitate ꝓcedit ꝙ deus
nos sic vult punire vt nos mīam petamꝰ. Sic terruit dauid q̄ fecit
adulteriū et homicidiū. et venit ad eū ex ꝑte dei nathā ꝓph̄a et cō
minatꝰ est ei multa mala. ⁊ dauid ait. peccaui. et statim deus trāstu
lit peccatū eiꝰ. vt pꝫ. iij. reg̃. xij. Plene g̊ deus remittit peccatori q̄d
q̄d deliq̄t si dicat peccaui Et h̄ ē qd̄ subdit̄ Miſtus aūt dn̄s ſui illiꝰ
Vbi tria ostēdunt̄ Primo ex ꝑte di affectꝰ misericordie qꝛ miſtus

Secundo remissio culpe q̄ dimisit eū. Tercio relaxatō pene· q̄ debi
tuz dimisit ei. Remigius· Peccator rogans accipit donū decēmiliū
talentoꝝ· id est veniā suoꝝ ꝯmissoꝝ· De hoc aūt habem⁹ in multis
exemplū· Nam petrus cū iuramēto negauit xp̄m· et fleuit postea·
et deus pepcit ei et restituit eum in gradū pristinū· Ioh· xxi· Pasce
o· m· Magdalena cum multis fornicata est ⁊ accessit verecūda ⁊ cū
magna fide ad xp̄m et saluata est· Luc· vij· Fides tua te sal· fe· Pau:
lus psecutus est eccl'iam dei et stephanū lapidauit· et postea dixit
dn̄e q̄d me vis facē· actu· ix· et magn⁹ sanct⁹ effect⁹ est· Latro de cru
ce multa latrocinia ⁊ scelera ꝯmisit· et postea dixit· Memēto m· dn̄e
Et xp̄c plus q̄z petierat vel sperauerat fecit· Hodie inquit me· eris in
para· luc· xxiij· Carissimi imitemur istos sanctos ⁊ nō simus sicut iu
das qui desperauit et laqueo se suspendit· qd̄ dn̄s pro peiori habuit
q̄z ꝓditionē quā ei fecit· Non etiā simus sic̄ cayn q̄ ait· Maior est ini
q̄· m· q̄z vt ve· me· gen̄· iiij· Dicamus g̊ cū filio ꝓdigo q̄ dixit· Pater
peccaui in celū ⁊ coraz te et non sum dign⁹ voca· fi· ꝛc· lu· xv· Mō em̄
curia misericordie sedet et cās audit et curia iusticie facit ferias· In
alia v̄o vita ecōuerso erit· Adeam⁹ g̊ cū fiducia ad thronū g̊tie ei⁹
vt misericordiā ꝯsequamur· ⁊ g̊tiā inueniam⁹ in auxilio oportuno
heb· iiij· Et sic patet p̄mū scz dei potentia· dei sapientia· dei iusticia et
dei clementia ¶ Secundo ponitur reatus humane malignitatis in
conserui suffocatione· et hoc sub similitudine serui suo conseruo no
lentis misereri· Circa quod quattuor notantur· Primum est serui
absoluti crudelitas ibi· Egressus aūt seruus ille· ꝛc· Scd̄um est serui
nequā a ꝯseruis apud dn̄m accusatio ibi· Videntes aūt ꝯserui eius
que fie· Terciū ē ꝯtra seruū nequā a dn̄o obiurgatio ibi· Tūc voca
uit illū dn̄s suus· Quartuz est ip̄ius serui nequā ꝯdemnatio ibi· Et
iratus dn̄s eius t̄· e· tor· Iste ꝓcessus p omnia fit in peccatore nō pe:
nitente neq̄ ꝑcente· Primo enī ꝑpetrat neq̄ciā corā deo et ꝓximo
Secundo accusatur coraz deo ab angelis qui nobiscū morāt̄· Tercio
obiurgat̄ in extremo examīe· Math· xxv· Discedite a me maledicti
i ig· e· q̄ pat⁹ ē dyabolo et angelis eius· ꝛc· Quarto ꝯdēnat̄ metnū
Dicit g̊· Egress⁹ aūt seru⁹ ille· s· de carcē dyaboli et seruitute pctōꝝ
in libertatem filiorū dei inuenit vnū de ꝯseruis suis qui debebat ei
centū denarios· Talis autem inuentio nō est intelligenda sp realis
sz aliquādo imaginaria· Inuenit ergo homo debitorē suū qn̄ in aīa
p memoriā et imaginatōnem recordat̄ iniurie ciuiū suoꝝ aliqn̄ sibi
illate Contra qd̄ dicit̄ leuiti· Ne memor sis iniurie ciuiū tuoꝝ· Nec
